



St. Rom

Arck. B. 16


unser

[Gründung, v. H.]

K

P. III. 35.





MEDITATIONVM  
AD  
INSTRVMENTVM  
PACIS  
CÆSAREO-SVECICVM  
*SPECIMEN PRIMVM.*

ANNO M DCC VI.

Franziska

1774

INSTRUMENTVM  
AD  
PACIS  
CESARIO-SABCIQVM  
SPECIMEN PRIMUM  
ANNO M DCC A

L 1, 514





## PRÆFATIO AD LECTOREM.

BENEVOLE LECTOR.

Runt fortassis, qui Meditationibus hisce in Instrumentum Pacis Westphalicae, quarum nunc Specimen primum edimus, carere optima fide orbem literatum potuisse sibi persuasum habent, cum jam tot extent Commentaria, in hujusce Pacis Tabulas a Viris summis & fama eruditionis celeberrimis scripta, ut nobis ne quidem ad spicilegium quicquam reliqui fecisse videantur. Enimvero sicuti ego non crediderim, navem Reipublicæ litterariæ, recepto hoc onere exiguo, naufragium propterea facturam esse, cum alias quotidie merces ingentis sæpe molis imponi sibi patiatur, nullo suo periculo. Ita fuere mihi causæ peculiares, cur hoc, quicquid est laboris, in me suscipere: non quod crediderim, idoneum me ante alios esse huic obeundæ provinciæ; sed quia nemo hactenus, quod ego quidem sciam, inventus est, qui rem omnem auxilio actorum publicorum pro dignitate satis absolvisset; quibus tamen qui satis instructi non sunt, eos necesse est multa præterire vel negligere, quæ Commentatori ingenio necessaria sunt ad veritatem indagandam. Sed & si lumen foret in autores, qui huc usque hujus commatis prodire, parumper inquirere, patescat procul dubio, fuisse cur nonnulli desiderarent majorem in hoc argumento tractando peritiam & accurationem: neque irascendum forte erit, si quis alicubi diligentiam etiam requireret majorem, nec non prudentiam atque integratatem. Nam quid compendiosius aut magis superficiarium Scutii Synopsi? quid Fritzschii Commentariolis frigidius

## P RÆFATI O

4

steriliusve? Evidem adeptus quondam fuerat aliquod nomen Oldenburgerus suis Discursibus ad Instrumentum Pacis. Sed nescio, quo malo omne hocce studium discursus appellavit, cum vix alio nomine naturam & proprietatem Scripti exprimere melius potuisset. Sic enim ubique more Bacchantium hinc inde discurrit, ut si scripto satis coetera operoso detrahere velis, quæ extra rem & scopum sunt dicta, quem sibi Interpres Instrumenti Pacis proponere debet, vereor, ne valde parum de reliquo habeamus, quod ad intellectum legis momentum adferre, aut subsidio dubitantibus esse possit. Utitur præterea stylo inficeto, cui nec forma sua nec venustas constat, intercalatis ubique fere usque ad nauream Germanicis dicteriis, ut, si quid nitidi aut festivi occurrat, jam certus esse possis, alieno id deberi calamo & ingonio. Debere videtur omnem eruditio nem suam locis communibus, quos lectione vanorum autorum confarcinavit: unde sermo ejus & narratio rerum inæqualis, ut nunc frigat, mox sublimitate Lectores feriat, prout ingenia Scriptorum fuere, quorum verba exscriptis. Quod si hanc ei suppellectilem abstuleris, erit eloquentia ejus putida & fracta, cum sine delectu & cura omnia congerat. Enimvero in rebus tradendis judicio sufficienti adeo non fuit instructus, ut nec autorum, quos expilat, mentem atque scopum ubique assequatur. Quoties vero ridere alios vult, aut censorium calamum in quosdam stringit, quia nihil apud se satis vel acuminis habet, quod Satyram deceat, aut gravitatem, tum mirum dictu, quæ farrago scommatum atq; convitiorum orationem inundet, ut finire non posse videatur prius, quam omnem penum suam hac parte evacuerit. Testis esse Satyra illa potest, in nescio quem ab ipso Scripta, qui Itinerarium suum, quod olim sub Larva, nisi fallor, Constantini publicavit, carperat. Non inepte de eo judicavit non nemo, esse exemplum Hominis ultra sortem suam audacis, & non modo nimis libere, sed & sapissime minus recte de rebus Imperii judicantis. Ab Interpretate sic affecto quid boni vel egregii sperandum est? imprimis cum cœco in Catholicos odio flagret, quod ubique ex occasione promit, neque vero unquam nisi omni effusa bile, explere potest. quanquam hoc partium studio ab

AD LECTOREM.

5

ab utraque parte peccatum sit. Nam qui post hunc in Theatro apparuit, alius Interpres, Buckisch nomine, velut vicem repenitens, Protestantes quavis occasione non arrodit modo & infestatur, verum etiam ipsas Pacis Tabulas, ut Sectæ suæ serviat & blandiatur, mala saepe fide torquet atque explicat. Etsi fatendum sit, & judicio majori eum præ altero pollere, & modestius censem agere, & verba sensumque legis pressius sequi: ut de stylo elegantiori magisque æquabili jam nihil dicam. Poterat forte boni Interpretis laudem mereri, nisi Viennæ sub imperio Jesuitarum constitutus, non tam ex animi sui sententia, quam ad nutum eorum & ferulam scribere debuit. De cœtero Scriptor non semper ineptus, & qui forsitan majora præstisset, si in Religione non egisset Desultorem. In Sacris enim Protestantium educatus cum locum apud eos non statim invenisset, quo sibi dignus est viuis, ad castra Romana transfugit, ac tandem Viennæ munus Professorium commendatione Patrum Societatis adeptus est, quorum etiam mandato observationes suas in Instrumentum Pacis composuit, licet ultra Articulum VII. non productas, sive quod in superioribus expectationi Patronorum suorum non satisfecisset, ideoque ipsi inhibitus gressus esset: sive quia interea Jesuitarum odium, nescio qua de causa, incurrit, quo demum expulsus Austria cum uxore liberisque variis locis exulavit, donec Coloniae Agrippinæ moreretur, extremis vitæ annis summa cum egestate colluctatus, ut stipem fere mendicare debuerit. Viderunt eum multi paulo ante Pacem Ryswicensem Ratisbonæ per aliquot menses harentem, occulto consilio, relictis filiis, redeundi demum ad avita Sacra, modo quis esset Pater, qui perdiro filio annulum vestesque daret, & mactaret vitulum. Ipse hostimenti pignorisque loco offerebat, non modo retractatum se, quæ in fraudem Westphalicæ Pacis in Observationibus hisce scripsisset: verum etiam Historiam suam Silesiacam, quæ inedita adhuc est, locis illis mutaturum, ubi quid coactus fuit in præjudicium probrumve Protestantium tradere. Quin se fraudes Pontificiorum detecturum pollicebatur, quibus deceptus ipse fit, ut venalem calanium haberet. Neque dubitandum, quin

a 3

hæc

hæc destinata exitum habitura fuissent, si vitam ei paulolongius producere licuisset. Jam enim erant, qui sat tolerabilibus & honestis conditionibus Virum, Coloniae fame cum suis pereuntem, clam allicere decreverant, idque negotii jam datum quibusdam erat. Nam præter conversionis studium, quo omnes utrimque flagramus, tenebat multos desiderium habendi Historiam modo dictam Silesiacam, quod fama de illa erat, esse conscriptam illis adjumentis, quæ non cuivis alias pateant, cum Authori suppeditata fuissent commendatione eorum, qui in Aula illo tempore, omnia poterant, & quorum in gratia ipse adhuc florebat. Sed hæc omnia, antequam perficerentur, mors intervertit, neque de eo posthæc mihi quicquam est auditum, ut jam nesciam, quid tandem Commentarius illis factum sit, quos quinque aut sex Voluminibus complexus dicitur, documento, quanti laboris fuerit opus. Quod vero ad Observations supra laudatas attinet, commendari illæ nihilominus merentur, & lectu non sunt omnino indignæ. Sed cum judicio tamen legendæ erunt, itaque mirum non est, si sepius nos ab illis dissensimus, errore ostendo, si modo error vocandus est, quod jussu superiorum contra animi sui sensa in præjudicium veritatis scribendum ei necessario fuit. Centonem Ottonis Ulmensis non vocabo sub examen, sed impune dimittam, ne totos Exercitus Auctorum in me ducat, quibus majore ostentatione quam fructu advocatis Lectori tedium simul creare, & terrorem tam numerosis copiis incutere solet.

Sequuntur nunc duo alii Viri, fama eruditionis, & præstantia ingenii, uti & candoris laude, prioribus longe præferendi, Deckherrum ajo & Obrechtum. Ille Professoris quondam Celeberrimi Argentorati Filius, & cum adolevisset, Iudicij Imperialis Advocatus atque Procurator. Hic primum Argentinæ, libera adhuc Civitate, munere publico functus est: dein Patria a Gallis subacta, stipendia togata apud Regem meruit, officio Praetoris donatus, valida diu Principis gratia, sed quam mutatione Religionis redimere debuit, donec paulo ante obitum occasione causa Aureliacensis, coram arbitris agitatæ, illa etiam excidisse dicitur, quod tamen in medio relinquo, cum audi-

AD LECTOREM.

7

diam, Filium Patri in magistratu successisse. Prior egregria multa, neque cuivis obvia de Pace Religiosa tradidit in *Vindictis & Consultationibus forensibus* in quo genere scribendi tanto candore animi, affectibus & studiis partium vacui, versatus est, ut quamvis Protestantium Sacris esset addicetus, tamen apud Catholicos etiam nomen ejus & auctoritas magni adhuc fiat, cito frequenter ex Commentariis ejus locis, quoties cum Protestantibus rem habent. Neque sane mirum, hunc Virum lucubrationibus suis altius penetrasse aliis, in otio Scholastico apriantibus, dum hic interea causis & litibus, de Pace Religiosa in hoc Tribunal agitatis, quotidie exercebatur, ut partium fundamenta atque rationes cognita penitus habere, & suum etiam sub judicium vocare potuerit. Adhuc pluris hercle aestimandus, ni obscuritas in dicendo & scabrities sermonis non gratiam modo minuant apud Lectorem: sed fastidium etiam pariant, cum tedium at attentione verbis construendis saepe plus operae ad eruendum sensum impendendum sit, quam meditationi rerum. Credo voluisse imitari Tacitum; sed infelici admodum successu. Tacitus enim brevis quidem dictione & densus sententiis: sed in sermone ipso planus & apertus, ni qua forte parte scripta eius mutila sunt, vel inscrita rerum antiquarum nonnullis difficultia intellectu. Hoc morbo laborare etiam Pfannerum, vetus est querela, qui Vir solidia alias eruditione atque scientia divinarum humanarumque rerum cum maximis nostri seculi comparandus, ubi latine incipit scribere, tanta ubique asperitate & salebris Lectores fatigat atque fere enecat, ut redire posthac ad librum revertant, qui prima vice eorum patientiam tantopere est ultius: cum si paulo esset intelligibilior, magnitudine rerum, quas fide optima describit, acuere etiam subinde desiderium sui potuisset. Provoco ad Historiam Pacis & Comitiorum, ne tanto Viro fecisse injuriam videar, in quo illud præterea admiratione dignum, quod summa cum venustate atque facilitate Germanice scribat, id quod varia ab eo edita scripta testantur. Sed haec ex occasione Deckherri, quem legisse non penitebit, cum vix alium habeamus, qui majori cura & ingenio in hoc argumento versatus sit. Nam difficul-

P R E F A T I O

8  
cultas Orationis utilitate rerum, quæ ibi occurunt, facile pen-  
satur. Tandem ad Obrechtum venio, cuius brevem & succin-  
ctam expositionem Instrumenti Pacis Cæsareo Suecici cum hoc ipso,  
ut & Gallico Instrumento, nec non Recessu Imperii nupero si-  
mul editam habemus. Sed dolendum, quod brevis adeo & suc-  
cincta hæc sit expofitio, quæ si prolixior paulo & enarratio fo-  
ret, multis dubiis satisfieri potuifet, quorum nunc solutionem  
ibi fruſtra quæſiveris. In promptu foret, penuriam huius Com-  
mentarii, per singula Capita Pacis eundo, velut ad digitum oſten-  
dere. Sed ne videamur in manes Viri injurii esse, hoc opere  
superſedere placet, præfertim cum a nemine poſci ratio jū-  
re poſſit, cur libros fuos non longiores aut diffusos magis fece-  
rit. Atque hi fere ſunt Auctores, quorum merita ante alios ce-  
lebrantur Commentationibus in Tabulas Pacis, & quorum ope-  
ra me etiam aliquando adjutum non diſſitezor. Sedan omnia ſic  
plene & exacte ſint executi, ut aliorum meditationibus nihil re-  
liquerint, quod agant, inter alia documento eſſe poſſunt hæc  
ipſa noſtra Specimina: neque obrectationem jaſtantiae metui-  
mus, ubi ipſa Rerum Testimonia ab hac ſuspicione noſ liberā-  
bunt, de quibus fuum cuique eſto judicum. Interea tanta me  
nondum cepit Vanitas, ut perſuaſum mihiſit, me hanc rem to-  
tam omnibus ſuis numeris abſolviffe: quibus enim acceſſus pa-  
tet ad ſecretiora literaria documenta, ut ſcrutari & legere poſſint,  
quam diversis animis consiliisque ad faciendam pacem primo  
convenerint, quibus artibus & machinis eceptum ierel negoti-  
um continuatum fuerit, quas difficultates in progreſſu fit exper-  
tum, prout ſpes vel metus unam alteramve partem viciſſim a-  
gebat, qui habitus animorum, quive reſpectus cum inter ipſas bel-  
ligerantes partes, tum inter partis cujusque Fœderatos & Amicos  
pro re nata extierint, quarum rerum copiam non tam Aetapu-  
blica habent, quam arcanæ Miniftrorum Relationes, quarum in-  
ſpiciendarum facultas non niſi penes eos eſt, quibus hanc singula-  
rem gratiam facit Domin⁹, vel qui pro muneriſ ſui ratione in pul-  
vare illo quotidie versantur, eos utiq; ampliora & longe accuratio-  
ra referre poſſe, nullus dubito. Quin ſatis non erit, unius vel alte-  
rius

## AD LECTOREM.

9

rius Archivi monumenta excutere, ubi pleraque in usum proprium, adornata invenies. paranda cognitio eorum etiam est, quæ ab adversa parte consultata atque agitata sunt, si quis judicium ferre de omnis negotii natura rectum & integrum voluerit. Sed quam pauci sunt, quibus hæc felicitas contingit; quantus etiam labor, si veldaretur tanta potestas, ut notare omnia & eligere possis? cui ferendo unius hominis vita vix suffecerit, nisi quis le tam immenso operi totum ab ineunte ætate mancipaverit. quantum igitur reliquum est, quod alii post præsentes omnes Commentatores agere, & in quo industrias suam exercere possunt? atque sic unum quemque optime munere suo defungi existimemus, ut in medium afferat, quæ intacta ceteris mansere, non irrita spe, fore aliquid, ut excussa omnium, aut plerorumque penu, si non perfectam, at saltem uberiorem multo atque opiniorem totius negotii cognitionem habituri simus. Interea fruamur illis, quæ unusquisque pro sua ornanda provincia conferre potest. Nobis quæ scripta potissimum in hoc opere concinnando usui & adjumento fuere, hic recensere nullus est pudor. De interpretibus supra dictum. Sed profuit ante alia libellus, inter ipsos Tractatus Pacis, nisi fallor, editus titulo *Preliminaria Pacis*, ubi ordine inyenies, quos progressus subinde hoc negotium tam arduum & impeditum fecerit. Tulit etiam opem haudquaquam contemnendam *Historia Rerum Suecarum & Brandenburgicarum* Illustris Puffendorffii, ubi a capite ad calcem usque rei gestæ ordo & successus narrantur copia Auctorum fide dignissimorum. neque nullo numero nobis fuit *Historia*, quæ vocatur, *arcana Pacis*, sive *Relatio Historica de Pacificatione Osnabrugio-Monasterensi* conjuncta cum *Historia Pacis Pfanneri*, vel ideo magni facienda, quod illam potissimum ex Archivo Vinariensi confecisse dicatur: ut candorem Auctoris atque integratem, ejusque judicium consummatum taceam. Denique etiam fuere non exigui usus atque pretii apud me *Acta Lundorpii*, nec non *Theatrum* illud *Historicum Europaeum*. Illud instar Corau copiæ esse potest, ubi potissima documenta, interdum etiam Scripta privatorum sunt collecta. Hoc, et si genium *Historicum* non valde oleat, narrat tamen saepè ea, quæ ad actionem *Pacis* pernoscendam plurimum conducunt, sive ea ad ipsam

b

tra-



## P R E F A T I O

tractationē pertineant, sive aliis locis bello varia fortuna gesta momentum deinde attulere ad Pacem vel retardandam vel accelerandam. Vnius propemodū dememinissem, cuius obliuisciri religio certe fuisset, Eorum scilicet, quæ superioribus & his Comitiis, nec non in Conventu Deputatorum, Francofurti ad M̄cenum habito, circa restitutionem *ex capite amnestie & gravaminum*, prout eam pax decreverat, acta sunt. Hic, non dissimulabo, fuere mihi ista auxilio, ut, si quid aliud, cum a Præstantissimis eo tempore Viris quorum plurimi tractandæ paci ipsi interfuere, maxima negotia, super recto Tabularum Pacis sensu in utramque partem versata, & summo studio discussa fuerint, quanquam sententiae plerumque partium affectibus regerentur: ac si præmium Victoriae in eo fuisset positum, qui speciosiora, non qui veriora dixerit. Mire nihilominus profuit legiſle Protocolla, & contulisse Partium opiniones atque sententias, ut rectius de unaquaque causa formari judicium posset. His addo causas, in Judicio Imperiali, quod olim spiræ fuit, nunc Wetzlaria est, super Pace Religiosa tractatas, lite supplicationibus & responsionibus instructa, quam in rem Blumius & Hoffmannus multa eximia habent. neque etiam spernenda sunt, quæ inter Episcopum Hildesiensem, Catholicum, & Ejus status Provinciales Protestantes sunt acta, editis publice libellis, *Speciei Facti, ut & Vindictarum* atque *Anti-Vindictarum* titulis. Plurima insuper his in Comitiis libellis supplicibus in medium allata fuere, cum Protestantes imprimis de injuriis, sibi Religionis causa contra Westphalicam Pacem factis, cum apud univerfos Status, tum præcipue apud Concilium Evangelicorum gravissimas querelas instituerent: ex quibus posteriori loco merito sunt, quæ inter Electorem Palatinum atque Status Protestantes de Statu Religionis Evangelicæ in Palatinatu Inferiore fuere agitata, operosis & magnitudine argumenti lectu dignissimis Scriptis, quæ mox lucem etiam aspexere, & in omnium nunc manibus versantur. Erunt fortassis, qui ex me quærerent, ecce tam arduum opus aggressus, nullam rationem habeam Actorum Monasterienium atque Osnabrugensium; nec non eorum, quæ paulo post Noribergæ in Conventu Deputatorum ad Executionem Pacis proposita fuere. Vt vero horum pleraque in publicum edita Præliminaria Pacis & Acta Lundorpii continent: ita quod ad

pro-

## AD LECTOREM.

II

Protocolla atque Relationes attinet, quæ sub illud tempus a Ministeris Statuum de rebus a se gestis ad Dominos suos scripta fuere, eorum, ut ingenue fatear, inspiciendorum potestas mihi haec tenus facta non est, ut proinde me rivulis contentum esse oportuerit, quando ex fontibus haurire non licuit. Ecce igitur campum, quem alii adhuc amplissimum habent, quibus harum rerum est copia, quo summa laude sua decurrant, & merita sua publico probent, nobis standum fuit, qua ire negatum.

Hæc de ratione instituti nostri, nunc cum passim audiantur querelæ, omnes, qui haec tenus in Tabulas Pacis sunt commentati, studiis Partium nimium dedisse, maximo veritatis præjudicio, itaque nobis sedulo curatum est, ut seposito affectu de singulis causis & capitibus ita ferremus sententiam, ac si ambæ Partes nec vinculo Religionis, nec ullo alio respectu nobis conjunctæ essent. Non ero prolixus in integritate mea commendanda, neque alios desidero testes, quam hæc ipsa Specimina, modo hoc unum monere liceat, ut si quæ paulo inclementer aliquando aduersus calumnias & fraudes aliorum dixerim, qui ingenio suo abutuntur ad eludendam pacem, ne id affectibus Religioni mancipatis imputent: sed indignitatirei, qua non potest non animus sincerus commoveri, quoties industria Hominum tam improbe atque malitiose collocatam videt. Neq; enim aduersus boni Interpretis officium facit, qui subdolis aliquando calumniatoribus irascitur, eosq; verbis condigne multat, modo in re ipsa versanda æquitatem & bonam fidem non deserat. Hoc præstissime nos tota tractatione, nullo partium respectu, confidimus fore qui agnoscant etiam inter illos, quos alias minus aequos judices habituri propterea sumus, quod nimiam libertatem arguendis aliorum dolis calamo animoque indulsimus. Temperatum tamen hac etiam occasione pro parte virili est nobis, ut si quid nihilominus sit, quod ægre facit, id omne causa sit tribuendum, cuius vitia tacere non erat sane integrum. Quod ad modum tractandi hoc argumentum attinet, dispertiti sumus nostras Meditationes in certa Specimina, ordine post hæc edenda quorum primum, quod hic fistimus, primos quatuor paragraphos Instrumenti Pacis continet, in publicanda amnestia generali & speciali potissimum occupatos. Generalis enim paragraphe 2do & 3to continetur.


b 2

Spe.



Specalis vero paragrapho 4to. Quibus hac prospicitur, eis plerumque jactandum aliquid fuit pacis causa, ut per omnia fere exempla eundo constabit. De cœtero si cui res hoc Specimine traditæ non videntur expectationi respondere, sterilitati argumenti ut id imputetur, rogamus. Vti enim amnestia omnis pacis basis est & fundamentum, quod negotium oblivione priorum & certa quadam restitutione, prout inter Pacifcentes placuit, absolvitur, non mirum utique, si in materia adeo communi, cuius potissima pars historiam saltem postulat, nihil valde sublimis vel eximii adferre licet. quamquam hic etiam forsitan invenies, quæ aliis Interpretibus non adeo observata sunt. Nam si aliud nihil etiam foret, id saltem pro nihilo non est habendum, quod naturam & effectus restitutio-  
nis ex lege amnestiæ paulo accuratius evolvim⁹ & a restitutione ex capite gravaminum discrevimus, quæ duo quo frequentius apud alios confundi videoas, eo plus crucis figunt Interpretibus in quibusdam locis conciliandis, inter quæ tamen, hac distinctione probe nota, nulla plane est pugna. Interea rogamus Lectorem, ut brevem nobis præstet patientiam, dum secundum specimen prodibit. Ausim enim promittere, absit verbis jactantia, inventum ibi quædam iri talia, quæ non ubivis obvia desiderium & appetitiam reliquorum excitabunt. Quod tamen non ingenio meo, sed magnitudini & præstantiæ argumenti tribuendum, cuius ea est conditio, ut paulo curatus excussum non possit non cupide excipi, & attente audiri. Scilicet de toto Articulo quinto me intelligi velim, cuius præcipuum objectum sunt negotia Religionis five gravamina, ut vocantur, quæ maximam omnium difficultatem paci ineundæ attulere, donec de iis conveniri potuerit. neque sane tota Pacis actione rem aliam observabistanta diligentia circumspectione & verborum rerumque copia versatam. neque in ipsis Pacis Tabulis est alius Articulus, qui cum hoc five prolixitate & numero eorum, de quibus est conventum, five accusatione & cura in ipsis conventionibus perscribendis, comparari possit.

Tandem inscripsimus hæc Specimina titulo *Meditationum*, quod verbum dignitatis & sanctimoniaz argumenti magis convenire videtur, quam si notas vel observationes, dixissemus. Meditari enim quotidie pacem ut sancte & incorrupte servetur, omnibus licet Notare eandem, vel observare nescio quid censoriaz arrogantiæ  
habet. Vale.



# INSTRUMENTUM PACIS CÆSAREO-SUECICUM.

In nomine Sacro sancte & individue  
Trinitatis, Amen.



Otum sit universis & singulis, quorum  
interest, aut quomodo libet interesse potest.  
Postquam à multis annis orta in Imperio  
Romano dissidia a) motusque civiles eò us-  
que increverant, ut non modo universam  
Germaniam, sed & aliquot finitima Regna,  
potissimum verò Sueciam, Galliamque ita  
involverint, ut diuturnum & acre exinde natum sit bel-  
lum

A

(a) Initia horum dissidiorum perunt  
plerumque a moribus Bohemicis. Sed  
dubium non est, quin paulo altius  
sit ascendendum, cum iam Rudolphe  
Cæsare Colonensis Prelatis defelio  
a Sacris Romanis: & Urbis Dona-  
verde occupatio per Bazarum facta  
intestinas has contentiones tantopere

inflamarint, ut ruptis Anno 1608 Co-  
mititis, & alteris Anno 1613, non sine  
gravi Protestatione Evangelicorum  
ut cunque abjolutis occasionem dede-  
rim. Audita etiam diu ante nomi-  
na fuere Unionistarum & Ligistarum,  
antequam forte de Bello Bohemico  
cogitatum fuerat: factionibus con-  
flan-

INSTRUMENTUM PACIS.

---

2  
lum, b) primò quidem inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dn. FERDINANDUM II. Electum Romanorum Imperatorem Semper Augustum, Germaniæ, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiæ, Croatiae, Schlavoniae, &c. Regem, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantia, Styriae, Carinthia, Carniolæ, Marchionem Moraviae, Duxem Luxemburgiæ, Superioris ac Inferioris Silesiæ, Würtembergiæ & Teckæ, Principem Sueviæ, Comitem Habsburgi, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatia, Marchionem Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & Inferioris Lusatia, Dominum Marchiæ Schlavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Inlytæ memoriae, cum suis Foederatis & Adhaerentibus ex uno: Et Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum GUSTAVUM ADOLPHUM, Suecorum Gothorum & Vandalorum Regem. Magnum Principem Finlandiæ, Duxem Esthoniae & Careliae, Ingræque Dominum, inlytæ recordationis, & Regnum Sueciæ, ejusque Foederatos & Adhaerentes ex altera parte: Deinde post eorum é vita decessum;

---

flandis opportuno somite religione. Sed praetexebantur semper alia, & conscribendis primis Exercitibus nunc lis super Juliacensi successione: nunc controversia de Episcopatu Argentoratensi speciem mutua defensionis prebebat, donec Palatinus Coronna Bohemiæ suscepit ingens illud

incendium conflavit, quo triginta annis arsit Germania.

(b) Bellum, quod inter Austriacos & Suecos, atq; eorum utriusque faderatos natum est, anno demum trigesimo cepit, ut adeo, si diuturnitatem ejus consideres, non amplius duo de vi-ginti annis computus sit instituendus,

CÆSAREO- SUECICUM.

---

cessum , inter Serenissimum & Potentissimum Principem & Dominum , Dominum FERDINANDUM III. Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniæ, Hungariae, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Schlavonie, &c. Regem Archiducem Austriae , Ducem Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthia, Carniolia, Marchionem Moraviae, Ducem Luxemburgiae, Superioris ac Inferioris Silesiae, Würtembergæ, & Teckæ , Principem Sueviae , Comitem Habsburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatiae , Marchionem Sacri Romani Imperii Burgoviæ ac Superioris & Inferioris Lusatiae, Dominum Marchiæ Schlavonicae, Portus Naonis & Salinarum , &c, cum suis fœderatis & adhærentibus ex una : & Serenissimam ac Potentissimam Principem ac Dominam , Dominam CHRISTIANAM, Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Reginam , Magnam Principem Finlandiae , Ducem Estoniae & Careliae Ingræque Dominam, Regnumque Sueciae & ejus fœderatos & adhærentes ex altera parte ; unde multa Christiani sanguinis effusio cum plurimarum Provinciarum desolatione secuta est; Tandem divina bonitate factum esse, ut utrinque de pace universali suscepta sit cogitatio , in eumque finem ex mutua partium conventione Hamburgi die vigesima quinta stylo novo, vel die decima quinta stylo veteri Decembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo inita, constituta sit dies undecima stylo novo, vel prima stylo veteri mensis Julii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo-

A. 2

tertio,

terio Congressui Plenipotentiariorum Osnabrugis & Monasterii Westphalorum instituendo ; Comparentes igitur statuto tempore & loco utrinque legitimè constituti Legati Plenipotentiarii, à parte quidem Imperatoris , Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus Maximilianus Comes à Trautmandorff & Weinsberg, Baro in Gleichenberg Neostadii ad Cocrum, Negau, Burgau & Totzenbach. Dominus in Teinitz, Eques Aurei Velleris , Consiliarius Secretus & Camerarius Sacrae Cæsareæ Majestatis , ejusque Aulæ Supremus Praefectus, nec non Dominus Joannes Maximilianus Comes à Lamberg, Liber Baro in Ortenbeck & Ottenstein, Dominus in Stockaren & Ammerang, Burggravius in Steyer, S. Cæsar. Majestatis Camerarius, & Dominus Joannes à Crane, Juris utriusque Licentiatus Comes Palatinus , Consiliarii Imperiales Aulici; A parte vero Reginæ Sueciæ , Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus Joannes Oxenstierna Axelii, Comes Moreæ Australis, Liber Baro in Kymitho & Nynas, Dominus in Fyholm, Alhult, Horningsholm, Södorbo & Lidoo, Regni Sueciæ Senator & Consiliarius Cancellariæ, & Dominus Joannes AdlerSalvius, Dominus in Adlersberg, Harsfeld, Wildenpruck & Tulling, Regni Sueciæ Senator, Regiæ Majestatis Consiliarius Secretus , & Aulæ Cancellarius , post invocatum divini Numinis auxilium, mutuasque Plenipotentiarum tabulas rite commutatas præsentibus , suffragantibus & consentientibus  
Sacri

Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus c)  
ad Divini Numinis gloriam & Christianæ Reipublicæ salutem

A 3 in

(c) En Tibi hic jura Statuum in frena pace accurate descripta: debent enim præsentes esse in pace tra-  
etandæ, debent suffragari: & denique debent, etiam consentire. Præsentia requiruntur non absolute personalis, sed satis est, si per Legatos sunt pre-  
sentes. Suffragia ad deleborationem pertinent, non modo an pax sit facienda: verum etiam quibus con-  
ditionibus, Utrinque enim solus Imperator sine statuum suffragiis decer-  
nere nibil omnino potest, id quod art.  
8. gaudeant, summa cura est  
constitutum. Tandem vero etiam, et si de conditionibus concuerint paci-  
scenes, absolvere itidem pacem &  
concludere Imperator hanc magis potest, antequam consenserint Status manifesto documento, ipsos non in consilium saltem circa pacem tra-  
etandam vocari, verum etiam de summo jure & potestate ejus pangenda participare, atque adeo eam circa rem si non plus: at certe minima-  
munt tantum posse, quantum Imperator, quocum jura Majestatis ex equo communia habent: neque sa-  
ne multum intereft, ad Formam Rei-  
publicæ, an modum administrandi ista referas. Exco gitarunt hanc dis-  
tinctionem politici quidam minorum

gentium, quibus non est animadver-  
sum, modum administrandi, quando est legibus patrii descriptus, ac pro-  
inde immutabilis, nihil revera aliud esse, quam ipsam reipublice formam,  
de qua judicium vix aliter tuleris.  
Neque ingeniosiores sunt altera sua distinctione inter potestatem absolutam & limitatam, perinde enim est,  
frue modum administrationis dixeris, sive potestatis habende conditio-  
nem. Prout enim hoc absolute vel li-  
mitate, exerceri potest, ex eo judici-  
um fieri de forma reipublica necesse  
est, nisi forte claudum non appellat-  
mus, quem grallis incedere oportet.  
Ludibrium merito debent subriles il-  
le in re practica speculations de actu primo & secundo, vel actus exercitio.  
Neque enim in moralibus potentia in  
considerationem venit, ubi perpetuum  
impedimentum actui ponitur; & qui  
alteri promittit, se omni vita suæ tem-  
pore non amplius locuturum, vi pacti,  
siquidem obligat, promoto recte ha-  
betur: cum estimatione morali idem  
sit non loqui posse & non loqui debere.  
Demus hoc Grolio, non destinere  
summum esse imperium, etiam  
sis, qui Imperaturus est, pro-  
mittit aliqua subditis, etiam ta-

lia

in mutuas Pacis & amicitiae Leges consenserunt, & convene-  
runt tenore sequenti.

lia, que ad Imperii rationem per-  
tineant. At certe distinct apud  
unum esse, quando in communione  
usus alii vocatis sunt, sine quorum sci-  
tu, suffragiis & consensu nec consu-  
li quicquam, nec decerni potest, quod  
ad summam reipublice spectat. Qui  
negant jura majestatis communicari  
posse, inepit pro rorsus sum, & misera-  
tione digniores quam responso, cum  
tota fere Europa illos erroris arguat.  
Et in Electiis quidem regni res du-  
bitatione caret, ubi cum Imperatore  
agitatur, quam partem regiminis ha-  
bere ipse posse, & quam sibi Proceres  
velint retinere. Vacante regno ro-  
tum est in potestate populi: & inte-  
grum est, abstinere se imperio, cui con-  
ditiones non placent. Distinguunt  
alii ex suo ingenio inter absolutam  
potestatem, & summam, atque hanc,  
summam inquam etiam limitatam  
esse posse sibi persuadent, nobis in ge-  
nere imperiorum, non videtur simul  
flare posse summum esse & esse limi-  
tatum, quoties non creditur nudis  
Imperatori promissi; sed Proceres  
etiam in administrationis publicae  
consorium admittuntur, aut potius  
illam parviantur cum Electo Princi-  
pe, ut communis opera clavum regant  
atque negotia Civitatis tractent.  
Tum enim misceri formam, & ex  
Monarchia atque Aristocracia aliam

speciem conflari, res ipsa loquitur, cui  
verborum lenociniis, aut Scholasti-  
ca disputandi subtilitate non sit pre-  
judicium, neque etiam imago & splen-  
dor externo Majestatis turbare  
quem debet, qui patius ad vim Im-  
perii, quam nominum titulorumque  
pompas ceteraque inania animum  
advertisit. Verum equidem est,  
non jurare Imperaturum, impe-  
rio superioris adactum: sed sua  
sponte approbare consignatas con-  
ditiones. Enim vero si conditiones  
iste hoc modo sint consignatae, ut plus-  
rima & precipua iuria Majestatis  
populus, ad quem post obitum Princi-  
pii summa totius reipublice rediit,  
sibi cum novo Imperante communia  
esse velit, & de hoc sibi expresse patet  
caveri, non est quod moveamur simu-  
laciis, que imperitorum sepe oculos  
seriunt. Imprimis vero est nomen  
Majestatis sic comparatum, ut nisi  
probe attendas, vocis ambiguitate  
decipi facile, & falsos tibi fingere  
concepis possis; Unde non intelligo,  
cur adeo eorum sententiam damne-  
mus, qui inter Majestatem personati-  
onem & realiem discribent fecere, ut  
in id genus formis mixtis alia sit Prin-  
cipis alia Reipublice Majestas. Illa  
domi forisque nomen, magnitudinem  
& dignitatem reipublice sustentat,

citat-

ceteraque munia obit, ex lege sibi commissa. Hec omnia iura summi imperii comprehendit, quaremus ea Princeps cum Proceribus communia habet, atque eis presentibus, scientibus, suffragantibus & consensientibus exercet. Illius subiectum proprium est Princeps: hujus res publica universa. Illius operationes in aula maxime conspicuntur: hujus in Comitiis. Non esse unam eademque, Majestatem vel ex eo intelligimus, quod inter se non raro contendant & collidunt, & majestas realis saepe alia Principis subiudicium suum vocet & potestatis male usurpare arguat. Quin resisteret etiam aliquando potest, & libertatem populi tueri, iis mediis, que lege prescripta sunt coercende licentia. Ridendo profecto se probent, qui fide pactorum hac omnia metuntur, populumque solantur vindicta perjurii, a Deo expellenda, negantque rem publicam sibi consulere posse adversus injurias contra pacta conventa illatas. Diu est, cum Puffendorfius invictis rationibus debellaris absurdam illam opinionem de causa Majestatis immediata Deo, cuius olim propugnator ante alios exitit Hornius. Hac autem profigata res omnis ex natura pactorum metienda erit, quorum hac est conditio, ut fallente uno alter promissis liberetur. Hae pacta sive leges dicamus, sive conventiones nihil interest. Incununtur quidem initio li-

berò utrinque consensu circa coactio-  
nes superioris. Ex quo autem semel  
placuere, & deinde universa Civitas  
rogatis omnium, ad quos, eares per-  
tinet, sententiis ista in legem valere  
jusserit, atque hoc modo promulgari,  
quoniam deinde singulos, Principem &  
Proceres etiam ex precepto obligent,  
non est dubium: quo pacto leges fun-  
damentales, uti appellant, erunt  
eriam sensu propriæ leges. Plerumque  
que pactis ejusmodi promulgan-  
tur, banc conditionem habent, ut ir-  
ritum sit, quod contra factum erit.  
Quare si quid deinde Princeps di-  
versum jubet eire, negatur obse-  
quium, cum videatur nihil iussisse  
obstante lege. Aliquando etiam si-  
pulatur populus, caducum imperium  
propter fractam fidem, quo casu se-  
res ad arma venerir, a rebellionis cri-  
mine liber erit, cui ea fracta est. Que-  
enim non hec foret indignitas &  
injustitia, ut populus, qui libere sibi Prin-  
cipem ceriis legib[us] constituit, gra-  
via omnia & dura contra datam  
fidem ab eopati teneat, ex quo se-  
mel creatus est Princeps, utcunque  
pactorum & juramenti immemor  
protubidine & animi voluptate impé-  
ritare velit, non obstante, quod Popu-  
lus conventione solemni & jurata  
principias in administranda republi-  
ca partes communes sibi cum Prin-  
cipe fecerit, atque adeo ipse vim  
& jus imperii, quod alii majestatem  
realem vocant, ex aquo participet.

Non

## INSTRUMENTUM PACIS.

Non moramur hic eos , qui forte excepint , talem Principem , qui divisum Populo vel Proceribus imperio reipublicæ præst , non esse Principem vere & Iesu politico , neque habere Majestatem . Sentient projecto isti , si veniendum ad exempla esset , & judicandum de singulis , quibus se difficultatibus implicuerint . Neque enim pronunciabunt facile , cui detrahenda Majestas , & cui addicenda . Nam sicuti constitissimi nonnulli Principes utuntur Majestate ; ita quidam alii absolutissimi appellatione illa abstinent . Neque valde diu adhuc est , cum Moscoviorum Princeps a nonnullis Europe Regibus titulo Majestatis nondum honoraretur cum Reges Polonorum , unctione in liberrima republica ab omnibus tota Europa illam sine contradictione ferrent . Quæ res me dudum dubitare fecit , an consultum sit in doctrina politica , nomen Majestatis , quod ambiguum adeo est , & titulis magis convenire videtur quam cause , de summo in quaâ republica imperio predicare . Certe veteribus Latinis hec vox nihil aliud significabat , quam ejusunque rei amplitudinem cum aliquo augmentatione & pondere . Hinc etiam de rebus aliis dicitur , ut majestas orationis , majestas solii &c . Principue tamen usurpabantur , quoties singularem dignitatem & magnitudinem enjusdam persone , vel ejus conditionis in republica designare volebant , unde Majestas imperatoria , Majestas Consulís , Majestas patria . Tandem usu invaluit , ut hoc nomen inter titulos sit relatum , qui non nisi regibus tribuntur , & illis etiam , qui de ceteris ab illa definitio Majestatis mulium absunt , prout ea apud Politicos habetur : que si alii melius expendissent , forte non opus fuisset superiori distinctione inter Majestatem personalem & realem , cum quod ad realem attinet , appellatione summi Imperii contenti esse portissimus , relicto Majestatis titulo illius , quos dignitas regia , vel si quâ huic par est alia , aptos adid facit : de cetero haud solliciti , quantum tales in republica possint . Sed ardor differendi de hoc argumento me longius abripuit , quam initio cogitaram . Cum occasione verborum proæmii nostri id saltem docere voluerim , de pace , quæ presentibus , suffragantibus & consentientibus Electoribus Principibus & Statibus initur , sic esse comparatum , ut ejus faciente potestatem Status cum Cesare communem habeant : non vero ut hanc Caesar solus pangere posset , dummodo centiores faciat Status , quibus conditionibus paratus sit pacisci , atque eorum consilium roget . Quod quibusdam visum , quibus potius est adulandi studium , quam ordinum concordiaratio .

IN



## ARTICULUS I.

**D**ux sit Christiana a), universalis b), perpetua c), veraque & sincera amicitia d), inter Sacram Cæsaream Majestatem, Domum Austriae, omnesque ejus fœderatos, & adhaerentes, & singulorum hæredes & successores, in primis Regem Catholicum, Electores

B

res

a) Formula solennis in pacificationibus. Alias ejusmodi Paces non tam Christianas sunt, quam inter Christianos, exemplo aliorum rituum ciuilium. Pax vere Christiana, quam Christus Ecclesiæ suæ reliquit, & quam Christiani inuicem colunt amore atque sinceritate affectum, vti scripto verborumque ambagibus opus non habet, ita mutuis conuentionibus neque constituitur, neque datis Prædibus munitur. Sed Dei donum est, quod suis confert spiritus sanctus super omnem humanæ rationis intellectum.

b) Scilicet inter Cæsarem ejusque Fœderatos, & Suecum eiusque Ecclæsios, neque enim tota Europa inter Christianos populos pax fuit, cum post-hac Galli Hispanique ultra decennium bello se lacefiverunt, donec Anno 1659. Pax etiam Pyrenaica conficeretur: vt alia

bella taceam, cum inter ipsos Anglos, tum inter hos & Batavos, temporibus Cronvelli Protectoris.

c) Hæc nota est quasi characteristica Pacis, vt sit perpetua; qua distinguitur ab omnibus induciis, etiam si centum annorum essent. Nam si inter bellum & pacem nihil est medii, quod vulgo aiunt, inducie autem quorumcunque annorum ad bellum pertinent, pacem necessario perpetuam esse oportet, cum quæ tempore circumscribitur, inducium nomine veniat. Interea si omnis pax natura sua est perpetua, existimare aliquis posset, hanc vocem *perpetua* frustra adiectam, cum nomine Pacis comprehensa sit & intelligatur: ex adverso cum pacem perpetuam dico, videtur mihi etiam aliquam temporalem statuere. Neque absurdâ adeo hæc est sententia habenda, quamvis receptæ

B

op-

res, Principes', ac Status Imperii ex una, & Sacram Regiam Majestatem, Regnumque Sueciæ, omnesque ejus fœderatos & adhærentes & singulorum hæredes ac successores, in primis Regem Christianissimum ac respective Electores, Principes,

opinioni non usque quaque sit conformatum. Cur enim inducitur, quibus ab omni actu bellico cessatur, ad bellum magis, quam pacem pertinent? Scilicet respondent, bellum etiam esse, cum manente statu belli, actus bellici suspenduntur ex pacto. Sed prius videndum est, quid sit proprius status belli, antequam de mansione ejus sententia fertur. Si bellum ipsum est status per vim certantium, status belli erit procul dubio eiusmodi status. Ex eo facile intelligi, inducias dierum aliquot, forte sepieliendorum mortuorum causa, aut ut interea de conditionibus, dedendæ urbis agatur, initas, vere tales esse, dum omnia in eo statu manent, ut excentibus illis, per vim certari iterum possit. Nam & sub signis habentur milites, & omnia in parato sunt ad vim inferendam. Neque de inducitis aliquot mensum difficilis ero, si nihil præter armorum suspensionem sit pactum, veluti si post acceptas Marte clades viraque belligerantium pars inducias ideo fecerit, ut minori impedimento habendo delectui, & conscribendo militi in supplementum vacare possit: aut, ut muniendis locis opera detur. Sed quid dicendum de inducitis vnius plurimum ue annorum? ex fine iudicandum arbitror,

an status belli maneat, vel non maneat. Nam si hac fini pacta sunt, ut interea partes, mutuis cladibus fessæ, ad reparandum bellum eo melius se comparent, quæ etiæ statim resciendi viribus incumbunt, nemo sane dixerit, bellum finitum esse. Si vero de inducitis exempli gratia triginta, quinquaginta aut centum annorum non modo conuenient, verum etiam transactum simul magna accuratione fuerit, quæ loca quisque retinere, quæque restituere debeat? qui termini sint utriusque belligerantium Imperii? quas habere copias in limite licet, aut quæ loca operibus munire, vel non munire fas sit? Ad hæc tempore induciarum istarum dimittatur miles, omittantur apparatus bellici, nec quicquam eorum amplius fiat, quod statum belli indicet, vtique ego hunc statum paci, quam bello propiore dixerim. Et quamus eiusmodi conuentio induciarum nomen retineat, erit tamen longe alius generis a superioribus pactis, nec quisquam valde errauerit, qui eam saltem distinctionis causa Pacem temporalem appellare vellet, quo sensu in hoc nostro textu Instrumenti Pacis pax perpetua oppositi vim haberet. Id quod tamen in medio relinquo.

d) Hæc, ut statim describitur, consisteret

cipes, Statusque Imperii ex altera parte. (e) Eaque ita since  
B 2 re,

sistere debuit in eo, vt i. vtraque pars alterius utilitatem, honoremque, ac commodum promoueat. z, vt vtrinque fidia vicinitas sit, & secura studiorum pacis atque amicitiae cultura. An post hæc ab vtraque parte huic promissu factum fuerit, res post pacem Westphalicam gesta documento esse posse fuit, nobis etiam non testantibus. Nam si bona fide hæc amicitia culta foret, nec tot bellis post subsecutis, nec nouis pacificationibus opus fuisset.

e) Duæ igitur hic partes Principales compacientes, ex vna Cæsarea Majestas, Domus Austriae, omnesque eius Foederati & Adhaerentes, & singulorum hæredes atque Successores. Inter hos speciatim nominantur Rex Catholicus, itemque Electores, Principes ac Status Imperii. Ex altera Regia Majestas, Regnumque Sueciae, omnesque eius Foederati & Adhaerentes, & singulorum hæredes atque successores. Inter quos rursus nominantur Rex Christianissimus, & respective Electores, Principes, Statusque Imperii. Hie forte offensioni Electoribus esse posset, quod Domus Austriae ante eos ponitur, nisi & ante Regem Catholicum staret quemadmodum etiam Regnum Sueciae Regi Christianissimo est prepositum. Belligerantium igitur ab vtraque parte duo sunt genera. Vnum, quod autor velut & motor belli, Do-

mus Austriae, cuius Foederati & adhaerentes nominantur Rex Catholicus, & Electores, Principes ac Status Imperii: & alterum, Rex regnumque Sueciae, cuius item Foederati atque adhaerentes Rex Christianissimus, ac respective Electores, Principes Statusque Imperii: id quod honori illorum statuum Imperii datum videtur, qui ductum auspiciaque Suecorum fecuti sunt, ne ipsis contra Imperatorem suum cum Sueciis stetisse criminis dari posset. Quanquam enim supra Cæsarea Majestas cum domo Austriae coniuncta sit, id tamen alia ratione factum esse non potuit, quam quod easu euenerit, vt caput familiae Austriae illo tempore Imperator fuerit. Sed quid hoc rei est, quod status illi, qui Suecorum Foederati & Adhaerentes appellantur, aduerbio respective designentur, eum id ipsum paulo ante omnium fuerit, vbi de Foederatis & Adhaerentibus Domus Austriae sermo erat? Commodissimus est sensus, id hac fini factum esse, vt intelligatur, cum in superioribus Status Imperii vniuersi Foederati & Adhaerentes Imperatoris nuncupentur, non omnes fuisse, qui cum eo armageffrint; sed alios etiam cum Sueciis bellasse pro libertate religionis & Patriæ. Neque enim suspicari fas est, id respective Austriae artibus idcirco irrepuisse, quo sociis Succorum infidelitatis aut de-

rè, serioque servetur & colatur, ut utraque pars alterius utilitatem, honorem ac commodum promoteat, omniq[ue] ex parte & universi Romani Imperii cum Regno Sueciæ & vicissim Sueciæ cum Romano Imperio fida vicinitas, & secura studiorum pacis atque amicitiae cultura revirecant ac reflorescant.

## II.

Sit utrinque perpetua oblivio a) & Amnestia b) omnium eorum,

Amnestia  
generalis  
& perpe-  
tua.

defectionis notam inurerent: quamuis non abs re sit, æquorem amborum futuram fuisse conditionem, si vocabulum illud aut vtrobique fuisset additum, aut nusquam, præfertim in tanta ingeniorum malignitate, quæ captare saepe verba in aliorum contumeliam solent. Adhæ vocabulum seu Terminus Adhærentes an honori & existimationi Fœderatorum satis conueniat, fortasse dubites. Abiectum enim quid & vile sonat, quod infra dignitatem sociorum belli videtur. Hodie sane eo vix vetemur, & obseruare licet, Tabulis pacis tam Neomagensis, quam Rysvicensis hanc vocem omissam esse. Quicquid fit, adhibenda interpretatio erit, quam res & fama Fœderatorum postulat præcipue cum inter Reges & Status Imperii hoc loco nullum discrimen constituantur: id quod alias plane non esset tolerabile.

a) Oblivio & amnestia idem sunt. Illud vocabulum latinum est, hoc græcum. Perpetuum esse oportebat; sed num fuerit, merito dubites, quando

facta testimonium dicunt in contrarium. Nobis hic manum de tabula, ne vetere & obsoleta insimulemur reficare voluisse, cum sapienter interea muros intra Iliacos & extra peccatum fuerit.

b) Hæc vt omnis reconciliationis inter inimicos fundamentum est, vt præteriorum obliuio & abolitio sanctorum, ita etiam ad cuiusvis pacis firmitudinem pertinet, quæ nulla securitate niteretur, si ex superioribus iniuriis, quibus aut ad bellum inferendum provocati sumus, vel quæ in ipso bello ardore studiorum emersere, animum hostilem agere, aut retinere sensum inimicitiarum liceret. Ut proinde ad iniuidiam dicta apparent, quæ Legatus Bauarus in conuentu deputationis, Francofurti celebrato, aliquando contra hanc amnestiam effutuit magis, quam pro grauitate Oratoris dixit: Es wolte fast ein jedweder seine alte verdorbene Schäden durch die im Instrumento Pacis erfundene Panaceaam der restitution ex capite amnestiae &

gra-

eorum, quæ ab initio horum motuum e), quocunque loco  
mo-

gravaminum heilens. Scilicet per belli tempora Bauarus multa vi armorum ad se traxerat, non Electoratu tantum & Palatinatu superiori invaso; sed & alibi occupatis plurimis cum iniurias finitimorum. Horum igitur restitutio cum ex amnestia post pacem petetur; bilem Bauarò hoc nomen mouisse videtur. Sed & virimque hanc amnestiam seu obliuionem esse oportet. Alienum enim a pacis natura est, vt vnu memoriam iniuriarum dannorumque deponat, alter seruet vltioris propositum.

c) Obiectum huius amnestiae sunt 1. omnia ab una vel altera parte vltro citroque hostiliter facta. Non igitur omnia facta, sed hostilia falsoe hue pertinent. Hinc excluduntur (1) quæ facta sunt extra respectum actuum belli vel hostilitatis, & (2) quæ vna pars fecit absque alterius iniuria vel damno. Nam hoc vltro citroque factum esse non intelligitur.

II. Interea tamen omnia hostiliter facta comprehenduntur, vt vniuersalem esse amnestiam intelligamus sine vlla factorum hostilium exceptione. Hostilia tamen facta ea intelligimus, quæ iure belli & more hostilium, non prædonum aut latronum sunt.

III. Facta hostiliter ab initio horum motuum. Hoc ab initio non ita capendum, ac si ea, quæ postea inter belli

tricennalis vices hostiliter facta sunt, huic non pertinerent. Nam rō ab initio falsoe designat terminum, a quo computanda sit factorum hostiliter ratio, quorum deinde terminus ad quem omne medium belli tempus est, usque ad pacem.

IV. Verba ab initio horum motuum procul dubio idem sibi volunt, quod articulo quarto dicitur, ante motu Bohemicos. Scilicet ut omnia, quæ ab initio motuum Bohemicorum hostiliter vltro citroque facta sunt, amnesia aboleantur. Quanquam enim Bohemia Germaniæ motibus Rex Suecia anno denum trigesimo superioris seculi se impluerit, ex quo edictum Ferdinandi II. Statibus Euangelicis, qui de bonis suis Ecclesiasticis & libertate religionis periclitabantur, eius in auxilium aduocandi necessitatem impo- suerat. Amnesia tamen generaliter post longas & difficiles disceptationes, cedentibus tandem Cæsareanis, retracta fuit ad hostilia motusque ciuilis a multis annis in Imperio Romano exortos, prout hoc proeemium Instrumenti Pacis indicat. Imo cogitandum, annon liceat altius retroire, & illa etiam hostilia facta comprehendere, quæ ante motus etiam Bohemicos inter sic dictos Unionistas & Ligistas cum occasione successionis Julliacensis, tum aliarum simultatum causa, noninquam extin- ter.

modovē d), ab una vel altera parte e), ultro citroque hostili-  
ter facta sunt, ita ut f) nec eorum g), nec ullius alterius rei  
causa vel prætextu h) alter alteri i) posthac quicquam hosti-  
lita-

tere. Mihi id ipsum per verba sequen-  
tia, nec vñius alterius rei causa, valde  
fit verisimile, de quibus paulo deinde,  
nihil tamen decimus cupio.

d) Quod ad locum attinet, queritur,  
si extra ditiones & imperia eorum, qui  
huius belli confortes fuere, quicquam  
ab alio contra alium hostile patratum  
fuerit, an id ipsum etiam hac amnestia  
abolitum sit. Ponamus casum, Mi-  
nistros Cæsaris & Regis Suecij forte in  
aula Poloniae Regis, qui extra istorum  
motuum iactum erat, per contentiones  
hostili se modo excepsisse, num vbi bellum  
theatrum non est, hostilium factorum  
ex hac sancta amnestia obliuio erit.  
Salvo aliorum calculo affirmandum  
crediderim, quia finito semel bello, &  
promulgata amnestia generali, odia ex  
diuersitate locorum non sunt relin-  
quenda. Sed de modo aliquanto cau-  
tius est dispiciendum. Quia enim eo-  
rum saltem statuitur obliuio, que  
hostiliter id est, more hostium, & iure  
belli sunt facta: ideoque si quid latro-  
num prædonumque venit, hoc  
privilegio gaudere non potest. Sica-  
rios etiam atque veneficos inde remo-  
ueri, qui Principum vitæ insidiantur,  
nullum dubium. Addamus etiam in-  
cendiarios, si clam subiectis ignibus

grassi sint, neque illud ex ratione belli  
in expeditione fecerint, quorum longe  
alia est conditio.

e) Amnestia igitur inter partes.  
Quaritur, an etiam inter eos, qui ex vna  
belligerantur parte sunt? non vide-  
tur; quia inter Fœderatos atque so-  
cios cum facta hostilia non dentur, nec  
obliuio nec amnestia eorum sanciri  
possit. Hac tamen explicatione, si for-  
te menti pacientium non conuenit,  
beneficio amnestie fraudi esse nolu-  
mus.

f) Effectus amnestie triplex 1) abo-  
liit omnium persecutionum, siue id  
via facti fiat, seu specie iuris 2) perpetua  
obliuio omnium eorum, que alter ad-  
uersus alterum eo nomine prætendere  
possit 3) restitutio, de qua articulo se-  
quenti. Sed nunc singula constitu-  
tionis huius verba accuratius expen-  
denda sunt.

g) Scilicet qua supra dicto modo  
vltro citroque hostiliter facta sunt.

h) Horum verborum latitudo non  
sine causa nos torquet. Nam cum in  
superioribus obliuio & amnestia sal-  
tem eorum sit conuenta, que vltro ci-  
troque hostiliter facta sunt, mirum sa-  
ne videri potest, nunc effectum eius  
ulterius porrigi, neque istorum  
tan-

litatis aut inimicitiae, molestiae, vel impedimenti, quoad personas,

tantum persecutione interdicuntur, sed & vlli alterius rei ex quacunque causa vel praetextu. Fac enim, habuisse quem contra alium ab initio horum motuum actionem de persona, de statu, de bonis de securitate, quæ nullam ex bello Germanico causam habet, quis hanc ei amnestia obtentus, quæ eius generis obligations non tollit, eripiet? cum articulo quarto §. Contractus &c. illæ saltem obligations, contractus, transactiones & debita, aboleantur, que vimetue Statibus eorumque subditis illicite extorta sunt: reliqua vero ad persecutionem iuris restringuntur. Quid hic dicam, milii sane non satis liquet. Vereor enim, ut legem hic matæologiaz aut dicacitatis arguam. Quodsi saltem de hostilitate aut inimicitia sermo esset, facilis esset expediunda difficultas ratio. Sed prohibetur etiam, ne quis alteri molestiam aut impedimentum inferat: id quod ne ad prohibitionem trahatur, ne quis iure experiri possit, cum ratio iustitia vniuersalis obstat, tum vero natura amnestiae, quæ iniurias quidem & damna, belli iure illata abolet, nemini vero ius suum aufert. Hinc expresse cautum est articulo tertio §. 2. restitutions ex capite amnestiae omnes & singulas intelligentias esse salvis iuribus quibuscumque. Quodsi alteri hac restituzione ius suum persequendi non sublatum, quanto

magis integrum ei erit, cum iis iure experiri, quos ad dandum aliquid vel faciendum ex aliis causis obnoxios habet? Et quoniam haec utique extra omnem controverson sunt posita, ideoque manifesta aequitas cogit, ut verba textus nostri sub aliquo respectu accipiatur. Hinc omnibus diligenter perpenitus ita sentio: Cum interdicitur, ne alteri alteri non modo eorum, quæ vltro citroque hostiliter facta sunt, causa, sed nec vlli alterius rei praetexta posita, quicquam hostilitatis, inimicitiae, molestiae vel impedimenti inferat, ea prohibitione duplum nondi modum amoueri. Primo ne causa hostiliter factorum eniamp palam noecatur, & secundo, ne praetextu quidem alterius rei, sed reuera vindictæ cupidine, ex memoria damnorum ante hac bello acceptorum alteri molestiam facessat, quoad personas, statum, bona vel securitatem, qua ratione nemini facultas arbitriumque auferatur iure experiundi legitimis actionibus. Sieut igitur hostilitas & inimicitia illiticitarum actionum sunt vocabula: ita molestia & impedimentum eodem sensu hic accipienda. Neque enim remorat, molestiam quis aut impedimentum existimat sensisse, quem iusta ex causa in iure interrogamus, eumque ad indicatum soluendum cogimus, etiamsi eiusmodi actio ipsi mortalia

## INSTRUMENTUM PACIS.

sonas, statum, bona vel securitatem per se vel per alios, clam aut palam, directe vel indirecte, specie juris aut via facti, in imperio aut uspiam extra illud m) (non obstantibus ullis prioribus

testa propterea esse possit, quia sua sponte non præstat, quod mihi debet: quare illud vocabulum *prætextu*, ego singulariter ad præcedentia, nec *ullius alterius rei*, traho, ut intelligamus, in aliis rebus *prætextus* saltem improbari, non iustus agendi cauſas: cum ex aduerso iustus etiam dolor, ex sensu hostiiliter factorum conceptus, condonandus & obliuione premendus sit. Confirmant hanc meam opinionem sequentia: Neque enim id cuiquam permititur, siue per se alteri molestiam aut impedimentum creet, siue per alios. Sed quo iure ego impeditre alium potero, ne iure suo vtatur? Enim uero ne incentore me aut concitatore faciat, quin prohibeas, nihil obstat: additur *clam* aut *palam*, *directe* vel *indirecte*, specie *iuris* aut *via facti*. Nam quod clam vel per indirectum machinor, eius facti rationem reddere me ipsum etiam pudet, cum alias obliquo eiusmodi modo non agerem. Sed ante omnia probe expendenda sunt verba *specie iuris* aut *via facti*. Via facti tranquillis Reipublicæ temporibus, ubi Judicis copia datur, semper est prohibita. Sed nec specie iuris vti, & alteri molestiam per columnias facescere magis concessum. His autem per amnestiam abolitis, salua nihilominus

nus manent iura omnibus, quorum iustus est titulus. Quodsi ille forte adhuc te serupulus vrget, non opus fuisse speciali prohibitione in iis, quæ & officia hominum, & honestas, & iura denique communia dominant; huic etiam dubio satis fieri poterit, si dicamus, necessarium fuisse, odia ciuium, ex diuturno adeo bello concepta, quæ non regere semper pudor solet, nec leges ante motus ciuiles latæ satis coercent, nouis conditionibus ipsa pace comprehensis extinguerent. Ut taceam, id genus cautiones in omni amnestia, eiusque promulgatione esse velut solemnes, quæ proinde pro superfluis habendæ non funt, quamvis nihil iis supra ius commune inesset, cum saepè specialis ratio velut renouationem eiusmodi præceptorum flagitare boni publici cauſa possit.

i) Id est, iuxta superius dicta, alter ex vna parte belligantum, alter ex altera, non vero alter alteri in vna.

l) His verbis comprehendendi omnia crediderim, in quibus noceri aliqui quacunque ratione possit, cum ad ista quatuor facile reliqua etiam reducantur.

m) Hoc fluit ex natura pacis universalis, vt publicata amnestia vbiique cesseſt hostilitates & inimicitiae, quam-

quam

ribus pactis in contrarium facientibus n) inferat , vel inferri faciat , aut patiatur o) , sed omnes & singulæ p) hinc in-

C de

quam fortassis ad bella , inter Gallum Hispanumque illo tempore vertentia , peculiariter respectus sit habitus , ne scilicet Domus Austriaca illis se immitceat , & Hispano opem ferat , quod pace inter Cæsarem & Gallum Monasterii confecta expresle etiam cautum fuit.

n) Quæ hic pacta intelligentur , alii considerandum relinquunt . Eit vero procul dubio huius loci Pacificatio Pragensis , per quam amnestia quidem aliqua publicata fuit , sed cum exclusione non modo Bohemorum exulumque Austriacorum atque transfiguratum , nec non eorum , qui Fridlandicas coniurationis participes fuere ; verum etiam multorum Statuum Imperii , veluti Palatini Electoris , Ducis Wirtebergici , Marchionis Durlacensis , Comitum Oettingensis , Leuenstenii , Erbagensis , Wiedani , Hannouii , Ilenburgici , Hohenloensis , Pappenheimii , & aliorum . Quia si quæ pacta initio belli inter Cæsarem & Hispanum , vel Bauarum universalis amnestia , & ex hac debitæ restitutioi contraria inita fuere , illa etiam hac lege sunt antiquata & rescisfa . Idem iudicium de amnestia est , Comitis Ratisbonensis anno 1641 . propofita .

o) Tripex igitur prohibitio , 1) ne alter alteri quicquam hostilitatis &c.

inferat . 2) Ne inferri faciat . 3) ne patiatur inferri . Hoc ultimum aut ad garantiam pacis spectat , quam omnes eius consortes contra quemcunque violatorem præstandam recepere , articulo 17. aut saltem de iis accipiendo , quorum quis facta iure præstare debet , cum ipsi certo modo imputari possint . Alias translatitium est , neminem de eius factis , cum quo vniōnem quandam moralem non habet , cogi , ut rationem reddat : Nihil obstat puto , quoniam minus vtroque modo hunc locum explicemus , vt & ad obligationem sponorum pacis pertineat , & ad officium superiorum , si , quod Inferiores & sub eorum potestate constituti peccare , non prohibuerint , cum prohibere vel impide & potuissent & debuissent .

p) Quantumuis hæc iterum ynluerfalis sit dispositio , commode tamen sine vlla ad motus superiores bellum que secutum relatione aut respectu non explicatur . Neque enim omnes iniurias , violentias , damna ante bellum , vel in bello verbis scriptis , aut verbis illata indiscrete abolita intelligi possunt , sed illa demum , quæ ex motibus illis , aut bello ortum traxere , vel concitandis animis occasionem præbuerunt . Nam feracissimum fuit superius seculum eiusmodi contentiōnum , quæ postquam per interualla le-

tio-

uioribus certaminibus prolusere bello ciuili , in illud ipsum tandem ferocia studiorum , virumque confidentia erupere . Nondum exuerat penitus seculum decimum sextum , cum Gebhardus Elector Coloniensis , contraactis eum Agnete Mansfeldia nuptiis , omnem ferę Germaniam commouerat . Quo fulmine Pontificis & Cæsaris proscriptio vix coercito , sub ortum seculi decimi septimi aliud secutum est inferni certamen inter Johannem Georgium , Marchionem Brandenburgicum & Carolum , Lotharingiæ Ducem , Canonorum Argentoratenum diuisione ad Episcopatum illum electos , ac proinde , vti inter æmulos solet , de tam pingui præda magnis animis contendentes , quo ager Argentoratensis multos annos grauiter vaflatus est . Successit mox Donawerda vrbs libera Imperialis , ne tumultibus vacaret Germania , intempestiu religionis zelo post Cæsaream proscriptionem Bauarii iuris facta , & ad obedientiam Romanæ sedis redacta ; quæ res iterum Protestantium animos mire exacerbavit . Posthac causa Iuliicensis successionis agitata est , si opes litigantium specœtes , & partium studia conatusque , superioribus longe atrocior motus , procul dubio iam tum Austraciæ funestus & gravis futurus , ni mors Heinrici Galliarum Regis , iam ad expeditionem valido exercitu accincti consilia disturbasset . Qua subita rerum mutatione , & dolore superiorum perculsi adeo sunt

Principes Protestantes , vt ad foedus inter se icendum varios coetus agerent , donec huic destinato tandem ultima manus est imposta ; Adsumpsit foederatum illud corpus Vnionis nomen , vocatis tractisque in partes Gallis , Anglis , Danis , Venetis , Batauis , Pannoniis & Transiluanis . Quibus statim Catholici opposuerunt aliud foedus , Heribpoli percutsum , cuius caput & rector velut erat Maximilianus , Bauariae Dux , sub Pontificis auspiciis ; acceditibus etiam Hispaniarum & Poloniae Regibus , tum Alberto Austriaco , Belgarum Gubernatore ac Ferdinando , Principe Hetruscorum . Hoc foedus sanctæ Ligæ sumperat nomen , ne cui dubium esset , quin religionis caussa ageretur , sive ad suam defendendam Catholici ita coiussent , sive ad sacra Protestantium deturbanda . Vtraque pars conscripto exercitu statu aliquoties habuit , & se inuicem capita factionum diligenter obserabant . Res tamen inter eos nunquam ad manus venit , donec Bohemicorum motuum occasione aduersa illa in monte albo pugna & Palatini & omnium Vnionistarum caussam uno isto affixit : ex quo deinde Ferdinandi Imperatoris feruore , qui fortunam suam satis capere non poterat , bellum per omnem Germaniam accensum est . Inter hæc certamina , & studia partium multæ iniuriae , violentiae , hostilitates , damna , verbis , scriptis , factis illata sunt , quorum omnium vt perpetua sit obliuio , hic edicitur , scilicet quæ occasione illorum

mo-

dè q), tam ante bellum quam in bello r), verbis, scriptis, aut factis s) illatæ iniuriæ, violentiæ, hostilitates, damna, expensæ t), absque omni personarum rerum vrespectu ita

C 2

peni-

motum & bellorum, euenerit emulatio-  
tione & certaminibus factiōnum. Alias  
accidere facile potuisse, vt & ante bel-  
lum, & in bello, ex aliis caussis, ynam  
aliæ iniuriæ, violentias, hostilitates,  
damna intulisset, quaæ, cum talium iure  
persequendorum proditæ formula sint,  
amnestia non ablut.

q) Quas igitur vna pars sibi inter se  
iniuriæ aut damna infert, huc iterum  
non videntur pertinere, cum requira-  
tur, vt in iniuriæ &c, binc inde sint illatae.  
r) Bellum propriæ intelligitur, quod  
auplicis Succorum est gestum. Quæ  
ante accidere, motuum nomine plem-  
rumque insigniuntur, vt articulo 4. §. 6.  
ante motus Bohemicos: quamvis etiam  
articulo 3. §. 1. Germania motuum fiat  
mentio.

s) En tres modi, quibus iniurias,  
violentias, hostilitates, damna infer-  
imus. Violentia tamen, hostilitates &  
damna plerumque factis imputantur;  
iniuriæ verbis & scriptis. Quod de ex-  
pensis adiicitur, intelligendum forte est  
de sumptibus, quos vna pars emulatio-  
ne & metu alterius defensionis sua  
causa facere coacta fuit. Neque enim  
hic iudiciales expensas designari cre-  
dibile est, quas ferre vnuquisque litig-  
antium debet, se compensantur per  
Judicem; aut alter alteri soluere, si

adjudicantur. De cætero ad iniurias  
scriptis factas proprie pertinet, quæ in-  
finitis libellis in publicum editis pru-  
rientia & male temperata ingenia sparsere,  
sive honori personarum probris  
laceſſendo, seu cauſæ partium deni-  
grandæ seu denique in religionum vtri-  
usque ſectæ contumeliam. Inter quos  
auctor ille Autonomia, Cancellarius  
Burchardus, & Jesuitæ Tillingenses,  
disputationibus suis de pace religiosa,  
ante alios male audiueret, tanquam  
quietis publicæ turbatores, & calumnia-  
torum antesignani; quanquam ex no-  
stra etiam parte non desint scripta fel-  
le tincta, & maledictis referta, quorum  
intemperantiam æque improbamus.

t) Nota, non commode satis dici,  
expensa illata, si tantundem significat,  
ac cauſam esse expensarum, vt hi  
apparet.

u) Igitur sive quid in Cæsarem, Re-  
ges bellii socios, Electores, Principes,  
Status, aut quoscunque alios injuriose,  
violentæ aut hostiliter dictum, scri-  
ptum, factum fuerit, id omne amnestia  
abolet. Itemque sive in sacris, sive in  
profanis, sive in publicis, sive in priua-  
tis, sive in magnis, sive in paruis rebus  
modum dicendo, scribendo, faciendo  
excessimus.

x) Hæc

penitus abolitæ fint x), ut quicquid eo nomine y) alter adversus alterum prætendere posset, perpetuâ sit oblivione sepultum z).

Restitu-  
endi.

III.  
§. I. Juxta hoc a) universalis & illimitatæ b) Amnestiæ fun-

x) Hæc abolitio consistit in perpetua obliuione omnium dictorum, scriptrorum, factorum, addita prohibitione, ne alter aduersus alterum eo nomine quicquam prætendere possit. Hic alter aduersus alterum iterum accipienda sunt de partibus diversis, non de iis, qui ex una parte lites inter se habent.

y) Id est, nomine seu causa iniuriarum, violentiarum, hostilitatum, dannorum, expensarum, hinc inde tam ante bellum, quam in bello verbis, scriptis aut factis illatarum.

z) Articulo 4. §. 30. excipiuntur iura & actiones de illatis damnis, Comitibus Nassau-Sarapontanis competentes, De eo vero, quod vi aut metus causa gestum est, vide articulum 4. §. 46.

Art. III.

a) Tertius effectus amnestie, (de duobus prioribus vide supra) est restitutio vniuersorum & singulorum sacri Romani Imperii Electorum, Principum, Statuum, & immediate Imperii Nobilitatis: Eorumque vasallorum, subditorum, ciuium & incolarum. Itaque non Status modo Imperii cum immediata Nobilitate gaudent amnestia; verum etiam eorum subditi, cuiuscunque conditionis: quod notandum

contra Nouatorum interpretationes, qui hoc beneficio exclusos subditos, aut tantummodo in consequentiam & per ipsos Status, Dominos suos territoriales ita restitutos volunt, vt non contra se, sed saltem contra alios, neque id aliter, quam sub auspicio & protectione dominorum suorum, vt amnestia concessum eis sit. Quæ opinio hoc textu nostro manifeste refutatur, ybi duas classes restituendorum pariure & conditione constituantur, vna Statuum, & altera subditorum, quibus fructu amnestie in sequentibus fine vello discrimine applicatur: id quod ad oculum & secundum litteram demonstratur infra articulo 16, §. nulli autem ciuitati &c. vbi omnes & singuli ciues & incole, qui forte ab alterura belligerantium parte stetere, tam vniuersalis amnestia, quam ceteris pacificationis beneficiis gaudere iubentur, statuis per omnia iuribus eorum & privilegiis in sacris & profanis. Atque hæc contra Dominos territoriales ipsos subditorum bono statuta esse, sequentia declarant, cum & illorum iuribus superioritatis, vt integra & illibata maneant, propicitur. Datur itaque omnino restitutio subditorum ex capite amnestie, etiam contra ipsos Dominos suos terriri-

fundamentum c) universi & singuli d) Sacri Romani Imperii Electores, Principes, Status, (comprehensa immediatâ Imperii Nobilitate e), eorumque Vasalli, Subditi, Cives & inco-

C 3

la

territoriales, principaliter & iure propriâ subditorum expetenda.

b) Vniuersalis est amnestia, quæ omnes & singulos continet: Illimitata, quæ nullis conditionibus aut restrictiōnibus circumscripta. Hoc agre admodum concessere Cæsarei inter pacis tractatus, qui amnestiæ, transactione Pragensi, & Recesi Imperii anno 1641, publicatae memores excludere ea Status aliquos, & restitutionem multis odiosis legibus facere volebant, diu multumque in hac sententia obsfismati, donec Protestantium constantia tandem frangerentur. Ostendit nihilominus articulus sequens, in multis restitutionem non omnino illimitatam ex pacto fuisse. Ita articulo 4. §. con- trouerſia, Marchionibus Brandenburgicis in Franconia restitutio oppidi & præfectura Kitzingen cum adiacente monasterio, quæ non modo ante hos motus, sed & anno 1624, adhuc possedere, denegata, sed & in primis ex illo aliorumque subditorum Austriacorum cauſa derelicta est non sine eorum opprobrio & infamia, quos pecunia corruptos Cæsarei Ministri, ut desiderarent, expugnauere, cum nemo fere dubitet, si meliori fide, & paulo acrius instituerint, & consilio eorum, & libertati religionis Euangelicæ iis locis, & restitu-

tioni bonorum publicatorum longe re- cius consuli potuisse.

c) Hoc fundamentum est præcedens totus articulus secundus, de quo iam actum. Cur autem non sufficerit, ratio est, quia de restitutione ibi nullum verbum, sed saltē de obliuione & abolitione omnium vltro citroque hostiliter factorum: quod ne quis post pacem ita interpretetur, ac si nulla repetitio super sit bello amissorum de restitutione separatim statuendum fuit.

d) Ut iam monui, restituendorum duo sunt genera, Status cum immediata Nobilitate; & Vasalli, subditi, ciues, incolæ. Hos quidem lex ordine quodam hic distinguit. Sed cum de effetu restitutionis agitur, nullum omnino inter eos discriben facit.

e) Hæc verba arguento sunt, Nobilitatem Imperii immediatam Statum Imperii numero non haberi. Secus enim Nobilium mentione expressa non opus fuisset, cum nec Comitum, nec Baronum, nec ciuitatum, quæ status sunt, mentio fiat. Ut adeo ego arbitrer, ex hoc loco tanquam ex lege aliqua pragmatica disputari contra illos quam strenuissime posse, qui Nobilitatem immediatam Statum nomine & dignitate venditant. Vox enim comprehensa hic non id sibi vult, quasi Nobili-

I&e f), quibus g) occasione h) Bohemiae Germaniae motu  
um

Nobiles Statuum classe comprehen-  
dantur ; sed quod ratione restituen-  
dorum ex capite amnestiae eodem iure  
agere possint, quo Status.

f) En hinc quatuor genera subdi-  
torum mediatorum. *Vafalli*, quorum  
eximior digniorque pars Nobiles me-  
diati. *Subditii*, quod nomen esse puto,  
omnibus commune , nisi quis hic Mi-  
nistris & Officiales Statuum, tum etiam  
Clerum, saltem apud eos, qui Augusta-  
nae Confessioni addicti sunt, hic pecu-  
liariter intelligat. *Cives*, qui sunt in  
municipiis & oppidis. Denique *incole*  
quo nomine homines ruri degentes :  
forsitan etiam , qui domicilium in loco  
non habent, venire possunt. De quo-  
rum omnium differentiis Scriptores  
cum publici iuris, tum priuati, prolixius  
& accuratius disserunt.

g) Quæsitum est, si Vafalli illi, sub-  
diti cives & incole, interea in viuis es-  
se desiere , an amnestiae & restitutio-  
ni sit locus ? Probo distinctionem inter  
res & iura, qua in hæredes transeunt :  
& qua cum persona quasi moriuntur.  
Illorum restitutionem vtique recte pe-  
tunt hæredes : Horum vero cum suc-  
cessor nullus sit, non video, qua ratione  
alii actio possit dari. Olim in con-  
ventu Deputatorum Imperii , Franco-  
furti celebrato disputatum fuit, num  
in senatoriam dignitatem eorum, qui  
ex una vel altera religione anno 1624.

ea ornati fuere , interea autem vita  
functi sunt, totidem ejusdem religionis  
sunt restituendi ? Negauere Catholici,  
quod hoc ex formula pacis nullo loco  
possit commonstrari. Dignitatem enim  
Senatoriam esse ius personale , quod  
ciuitas pro meritis cuiusque summa  
libertate conferat : adeoque defuncto  
eo, cuius ossibus veluti inhæst , nem-  
inem force, cui liceat ex amnestia restitu-  
tionem in eius locum petere. Ex ad-  
uerso autem Protestantes contendeban-  
t, Senatori post annum 1624. mor-  
tuorum alium sua religionis substituentur,  
exemplo restitutonis pro Capitu-  
laribus & Canonicis , articulo 5, §. 23.  
decreta : quem in finem etiam allega-  
runt articuli 5. §. 14, nec non quarun-  
dam ciuitatum præjudicia , apud quas  
nulla personarum viuentium aut mor-  
tuorum ratione habita restitutio facta  
fuerit secundum statum anni 1624. hoc  
paecto, vt quot loca Senatoria vtraque  
religio dicto anno ex suis obtinuit, toti-  
dem ipsis etiam restituta sint. Tracta-  
bitur hæc res data opera inferius ad  
articulum 5, §. 29. occasione ciuitatis  
Hagenensis. Hic vno verbo saltē  
notamus, plurimum interesse, an uni-  
uersum Nomen Protestantium in ali-  
qua ciuitate anno 1624. sive ex statuto  
aliquo, sive paecto aut consuetudine in  
possessione fuerit certi numeri ex suis in  
senatum legendi ; an saltē eo tem-  
porē

um i) vel foederum hinc inde contractorum l), ab una vel alte-

pore fortuito casu quidam electione libera recepti sint. Primo casu et si personæ interea in viuis esse desiere; potest tamen vniuersitas petere, vii possessionem suam eligendi restituantur. Altero vero vix erit, qui iure aliquo locum decadentis sibi vindicare ex causa religionis possit, antequam liberis totius Ciuitatis suffragiis designatus sit.

h) Duo igitur necessaria, si horum omnium restitutio ex capite amnestie decernenda est, 1. vt eis ab vna vel altera parte aliquid praividicij aut damni sit datum: & 2. vt damnum sit datum occasione Bohemij Germaniæ motuum, vel foederum hinc inde contractorum. Hinc non audiuntur, qui damnum ex aliis causis perpessi sunt: vel si is, qui damnum dedit, cum eo, qui sensit damnum, ambo ab vna belligerantium parte stant. Est enim hoc perpetuum amnestia, vt lændens atque Iesu diversarum sint factionum, non vnius.

i) Quid sit occasio motuum, sœpe dubitatum est. Alii pro causa acceptere: nonnulli pro quacunque alia opportunitate. Neque sane nihil horum interest cum ad decisionem causarum venitur. Verbi gratia, Marchionibus Brandenburgicis in Franconia supra memoratum oppidum Kitzingen post motus Bohemicos iniquissima len-

tentia ablatum, adiudicatumque Episcopo Herbipolensi fuit. Cum igitur inter tractatus pacis restitutionem eius ex capite amnestie peterent, responsum fuit, post motus quidem Bohemicos Marchiones damnatos esse, sed nihil eos damni aut praividicij passos occasione motuum Bohemicorum, cum iudex a Principe datus, Commissiones Cœsareas nunc vocant, causa cognita, & auditu utraque pars sententiam tulerit, qua illi succubuere. Inter ea manifestum erat, & ex interceptis etiam litteris constabat, inter Catholicos rem agitatum fuisse eo consilio, vt Protestantium copias transitu Mœni, hoc loco peropportuno, prohiberent, & quas forte in Catholicorum terras post haec effundere vellent, Ferdinando Cœsare iam tum editi sui publicationem animo agitante, quam rem facile perspiciebat turbis non caritoram. Quid dicendum? Cum nunquam fere, aut rarissime occasio gerenda rei pro causa actionis sumatur, hic in causa adeo favorabile, qualis est restitutio ablatorum ex capite amnestie, significacionem vocis tantopere non licet contrahere vel coarctare. Sed saltum æquum est, vt vox occasio sensum retineat proprium & naturale. Est autem occasio, de finiente Festo, opportunitas temporis causa proueniens. Vel uti Cicero ait: *Occasio est pars temporis, habens*

altera parte m) aliquid præjudicii aut damni n) quoconque modo

*in se aliquius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. I. de Invent. Idem I. Offic. Tempus autem actionis opportunitum, Graece Εὐκαιστία, latine appellatur occasio. Hec nascitur per hominum actus agendi facultatem, non impedientes; ut puer dormiens facit suranibus occasionem. Quia definitione dubio nostro multa lux affunditur. Scilicet postfusum fugatumque in Bohemia Palatinum, cum Protestantes tota Germania trepidarent, in primis vero ii, qui cum eo steterant, rerum suarum solliciti essent, Imperator Ferdinandus captata temporis opportunitate, & augendo terrori intentus, non modo Palatinum eiusque Federatos & amicos proscriptione perculit, & ditionibus suis exturbauit, verum etiam diuersis praetextibus arma victoria per vniuersum fere Imperium circumferebat, donec edicto suo proposito, vnde Protestantes ad arma velut consernauit, quibus per opportune eo tempore accidit, cum Regem Suecum contumelias Cæsareorum etiam lacerissimus cum exercitu aduenisse audiueret, socium belli & ductorem habituri. Hi sunt illi motus Bohemiae Germaniae, & quicquid damni aut præjudicii post exortos illos, ab una vel altera parte, hac occasione illicitum est, restitutione reparari debet. Occasio igitur non causas notat, ex*

quibus enatum bellum, sed opportunitates temporum, quibus allegetæ partes quoconque colore iniuriam fecere, non aucta id tentare tranquilliore reipublicæ statu.

l) Hoc quod de foederibus dicitur, retro trahendum est ad illa etiam tempora, quæ motus Bohemiæ Germaniae præcessere. Neque enim foedera tantum, sitorum motum occasione hinc inde contracta comprehendit, sed includit etiam illa omnia, quæ initio seculi superioris vsque ad predictos motus inita sunt: ad quæ in primis spectant illæ confederations, vnde Unionistarum & Ligistarum factio nomen traxit.

m) Id est, vna pars alteri. Damna enim & præjudicia, quæ vnuſ Eſcedatorum alteri confederato suo dedit, ad amnestiam proprie pertinere non videntur, sed ex legi foederis aut iure communi reparanda sunt. Enimvero quid dicendum, si Iesuſ a confederato suo post damna accepta in Partis aduersaſ ſocietatem tranſierit? Forfan non nihil intererit, num ille ob fidem iam tum ſuſpectam a ſociis male habitus, aut ob cauſas alias damnum iniuriam fuerit paſſus. Priori caſu procur dubio ex amneſtia ius erit reſtitu- tionis petendæ: altero autem ex alio capite forſan agendum erit.

n) Præjudicium & damnum hic non acci-

modo vel prætextu o) illatum est, tam quoad ditiones & bona feudalia, subfeudalia, & allodialia, quam quoad dignitates, immunitates, Jura & privilegia p) restituti sunt, ple-

D p d v n o n i m u o u s n a

acciuntur in stricta & iuridica significacione; sed populari sensu pro omni detimento vel incommodo, quod quis perperius est facto & inimicitia alterius: ex causis tamen paulo ante nominatis.

o) Id est, non attenditur, quam causam vel rationem alter prætendat, cur damnum dederit; sed vnde id spectatur, num occasione Bohemia Germaniae motuum, vel foederum hinc inde contractorum damnum datum sit. Interca quin hoc ipsum probatu per difficile sapere sit, que res laeo semper incubuit, mihi quidem nullum est dubium. Imo tellantur tot lites & controversiae cum in summis Imperii tribunaliis, tum alibi agitate, vbi plerumque ii, quibus ex pace restitutio imperata, quæstis mirifice effugis, omnes ingenii neruos intendunt, vt imponant recuperatoribus exceptione illa, causas suas legi de restitutione late non conuenire.

p) Octo hic nominantur, in quibus damnum datum reparandum, aut ablata restituenda sunt. 1) ditiones, 2) bona feudalia, 3) bona subfeudalia, 4) bona allodialia, 5) dignates, 6) immunitates, 7) iura, 8) priuilegia. Num hac enumeratione partium absolvantur omnia, in quibus damnum dari, aut

fieri præiudicium potuit, viderint alii, quibus hæc singula accuratius excutiendi ingenium est. In eo tamen labens consentio, Pacifcentes his omnia complecti voluisse. Quamvis enim de similibus & ceteris, quod fieri alias solet, hic nulla mentio, tamen bona fides non patitur, cauillari voces, cum de mente contrahentium & fine pacis ex tabulis eius certi sumus. Fortassis etiam, si verba non coarctamus, sed singulis eam significatus amplitudinem relinquimus, qua gaudere sine absurditate possunt, non erit, quod defectus aut non sufficientis recensionis nomine quis desideret. De ecclero in singulis hisce vocibus non erimus summi seruulosi: scimus enim hæc sapere cumulari absque rigido examine vel delectu. Certe dignates, immunitates, iura & priuilegia communis juris censu omnia veniunt. Subfeudalia etiam procul dubio Feudalibus comprehenduntur. Allodialium alia mobilia sunt, alia immobilia. Ditionum tamen peculiariis & expressa mentio ante omnia merito facta, quia his deieci in primis restituenti in illas fuerunt.

q) Restitutio igitur hic decernitur plenaria, nulla sui parte manca aut defecta. Ostendunt tamen sequentia, quæ articulo IV. habentur, restitutio-

nem

narie q) in eum r) utrinque s) statum in sacris & profanis

nem aliquorum non ubique ad hanc generalem regulam exactam fuisse, sed speciali ratione & pacto in quibusdam restrictam.

r) Restitutio sit in certum statum, qui facti est, neque tot subiacet controversiis & litigiis, quam si in dominia aut iura cuiusque restitutio decreta fuisset. Habent quidem dominia etiam & quaevis alia iura suum statum. Sed huius multo facilior probatio est, quam istorum, si absque statu considerantur De ceteris opera pretium est, paulo accuratius dispicere, quid hic sit STATUS. Hoc enim vocabulum sepius postea occurrit. Sed cum hoc loco prima eius mentio fiat, prima etiam tractanda rei occasio merito arripenda est. Status in moralibus idem fere est, quod in naturalibus spaciis. Iure consuli conditionem aut qualitatem rei vocant; Dicitur primario de hominibus eorumque conditione, vt statu liberi, statu serui, vnde formula, questionem status alii mouere. Secundario autem de rebus, etiam alijs, vt status regni, status civitatis, status provinciarum, status fundi, qui vel servit vel est liber, &c. Haec distinctio non sine ratione facta est. Cum enim status nomen sit in genere morum; aliae autem res prater hominem qualitatum eiusmodi proprie non sint capaces, cis haec appellatio non potest non improprie

tribui. Est igitur status *aliquid moralis suppositum, eo destinatum, ut carceris moralibus quasi substernatur, eaque sustinet.* Certi enim status sunt instituti non propter se, sed vt personæ morales in iis existere intelligantur, ex quo sequitur, remotis personis, quæ in statu illo morali esse intelliguntur, de ipso simul statu esse actum, quem iura & obligations semper comitantur. Est alius, qui respectum ad locum habet & alius, qui respectum ad tempus; Itemque alius naturalis, alius aduentus, & qui plures considerandi modi esse possunt. Quanquam vero de singulari subtleri multa egregia commentatus si Puffendorfius, *de iure nat. Gent. lib. 3. cap. 1. §. 6.* & aliquor sequentibus, nobis tamen de eolic potissimum sermo est, qui naturali statui facto aliquo humano superuenit, & ad tempus respicit, quatenus ex eo moralis aliquis effectus redundat in illos, qui certo tempore in statu quodam fuisse dicuntur, vt, hic status temporis, qui poltea deieictis in eum statum, quo ante destitutionem fuere, ius petendæ restitutionis tribuit. De loco, & quo quis statum habuerit, nihil valde interest, modo in sequentibus regulis huic universalis nulla exceptione detractum sit: quod factum cum Exilibus Austriacis artic. 4. exempli loco esse potest.

s) Cum in omni restitutione unus sit, qui

nis t), quo ante destitutionem gavisti sunt u), aut jure gaude-  
dere potuerunt, non obstantibus, sed annullatis quibuscum-  
que

qui restituere quid debet, & alter, cui  
restituendum est, restituentus recuper-  
at quidem statum suum, quem ante de-  
stitutionem habuit. Sed neque minus  
restituens suum etiam seruat, si forte-  
res illa, restitutioni obnoxia, ipsi etiam  
quorundam iurium respectu, vel alio  
modo denudata sit. Nam restitutio ex  
capite amnestia mutua est, cuius vire-  
restituendus quidem sua consequtitur, sed  
& alter, vel quicunque alias obligatio-  
nes etiam suas integras retinet.

t) Restitutio ex capite amnestia fit  
etiam in sacris. Sed qui hoc modo se-  
mel restituti sunt, securi non reddun-  
tur ab omni persecutione. Nam si is,  
qui restitutionem facere debuit, caufas  
iustas habeat, cur sacra, occasione Bo-  
hemie Germaniae motuum, aut fo-  
derum hinc inde contraclorum turbata  
pulsaque, sed nunc ex capite amne-  
stiae restituta, tolerare non teneatur, au-  
diendus utique erit, nec prohibetur suo  
iure vii. Qua de remox. In quo diffe-  
rentia maxime consistit restitutiois ex  
capite amnestiae ab altera ex capite gra-  
uaminum, de qua infra artic. 5. agitur.  
Pet illam nemo quid novi iuris acqui-  
ret, sed omnes restituantur in statum il-  
lum, quo ante destitutionem fuere. Hæc  
vero semel restitutos perpetuo securos  
facit ab omni actione vel repetitione,  
donec de controvèrsiis religionis ami-

cabilis & vniuersali partium conuenctio-  
ne transactum fuerit. Ceterum pro-  
fana intelliguntur omnia esse, que iure  
sacerorum non habentur.

u) Hæc itaque restitutio præcisæ sta-  
tum reddit, qui ante destitutionem fuit,  
neque plus, neque minus tribuit, aut  
iure gaudeere potuerunt). Neque enim  
ei, qui restituentus est, fraudi esse debet,  
si statu suo, quo plenius iure vi poterat,  
proxime ante destitutionem non sit  
vñs, siue quod impeditus ab alio sit,  
seu quia occasio non erat, quod in eius-  
modi actibus discontinuis sepe evenit.  
Atque hic iterum ingens est discrinmen  
inter hanc restitucionem & alteram ex  
capite grauaminum, vbi nudus status  
nudumque factum possessionis, quale  
Anno 1624, calendis Januarii erat, ex-  
penduntur, non inspecto cuiusque pat-  
ris iure, aut titulo.

x) Omnes mutationes post destitutio-  
nem factæ abrogantur, resque in statu  
priori reducuntur: Exempli gratia,  
quo loco vna saltem religio viguit,  
alia vero post destitutionem introdu-  
cta est, siue priore plane expulsa, siue  
iuxta tolerata, ibi succedaneæ illi mi-  
grandi iterum necessitas per restitutio-  
nem indicitur: nisi illam defendat ar-  
ticulus 5. de compositione grauami-  
num, & habita Anno 1624, posselli.  
Annulantur enim de cetero omnes

in-

Restitutio  
quomodo  
intelli-  
genda.

que y) interim in contrarium factis mutationibus.

§. 2. Quemadmodum vero a) tales restitutions omnes & singulæ intelligendæ sunt salvis juribus quibuscumque b) tam directi quam utilis dominii c), in vel circa bona restituenda d), sive secularia, sive Ecclesiastica e), sive restituen-

ti,

interim in contrarium factis mutationes. Idem erit de ciuilibus iudicij, veluti si priuilegium quoddam, ante destitutionem validum, postea abrogatum fuerit. Plenissime id restituitur. Sed num reuocari non possit, postquam restitutio satisfactum, aliunde petenda erit decisio.

y) Inde nulla a natura, seu genero, seu qualitate mutationum exceptio admittitur. Excipluntur tamen infra articulo 4. §. 49. aliquo modo sententiae, tempore belli de rebus mere secularibus pronunciata.

§. 2.

a) Duo proponuntur hoc textu) clausula salvatoria, vt vocatur, circa restitutions omnes & singulas ex capite amnestie, & 2) huius clausulae versus atque genuinus vsus.

b) Clausula salvatoria est, tales restitutions omnes & singulas intelligendas esse, salvis iuribus quibuscumque. Est igitur nuda restitutio in eum statum, quo quis ante destitutionem fuit, qua nemo quod noui iuris acquirit, sed vetera saltē amissa recuperat, sive quoad ditiones & bona, sive quoad dignitates & iura. Nemo itaque, qui

ex capite amnestie restitutus est, defendere se obtenu huic restitutiois potest contra alios, qui super re restituta experiri cum eo volunt, sive ipse restitutus fuerit, sive alius tertius. Quia eum amnestia reciproca est, mihi actiones & iura mea in aliquam rem perire ideo non possunt, quod eam quounque nomine occupauerim, & nunc pace restituere debeam.

c) Hic quidem nominantur saltē iura directi & utilis dominii, sed propterea exclusa alia non erunt, veluti si quis in bonis restituendis ius pignoris habeat, vel quodeunque aliud in re, quod non est directum vel vtile dominium. Sed quid duendum de iure retentionis, vel impensarum nomine, vel ex alia causa, quæ retentioni alias locum facit? Crediderim, restitucionem nihilominus faciendam esse, si destitutio occasione motuum aut fœderum contigit. Sine vlla enim exceptione in eum statum fieri debet, quod restituendus ante destitutionem gauisus est.

d) Num differentia hæ ditiones in bona restituenda, & circa bona restituenda, viderint alii. Mihi iam non va-

cat

ti , five restituendo f), five cuivis tertio g) competentibus, salvis idem litis pendentii desuper in Aula Cæsarea , five in Camera Imperiali , vel aliis Imperii immediatis aut mediatis Dicasteriis vertentibus: Ita hæc clausula salvatoria h) generalis , vel aliæ subsequentes speciales i) ipsam restitutionem nullatenus impediunt), sed competentia jura , actiones, ex-

## D 3

## ceptio-

cat minutiis istis inhærente. Videtur tamen omne dominium in re magis esse, quam circa rem.

e) Hoc idem est cum eo, quod superiori paragrapgo dictum, *in sacris & profanis.*

f) De restituente res plana est; Quod vero ad restituendum attinet, cum restitutione possessionem status, quo ante destitutionem fuit, adipiscatur, superuacanea hæc reseruatio vide ri posset. Sed fieri potuit, ut hic etiam ante destitutionem dubia quedam aut controuersia iura haberit cum alio: quorum integra causa vtrique merito reseruanda est.

g) Quia nemo per restitutionem ex capite amnestia decretam de iure suo pericitatur. *Saluis item litis pendentiis &c.* Itaque propter restitutio nem ex capite amnestia factam exceptio litis finita opponi non potest, quæ datur restitutis ex capite grauaminum. Atque hæc iterum insignis est differen tia inter duas istas restitutions.

h) Alterum huius paragrapgi caput supra etiam indicatum est, verus & genuinus huius clausula salvatoria in-

tellectus atque usus. Quamvis enim eiusmodi restitutionis intelligenda sunt salvis iuribus quibuscumque : id tamen sub quibusdam cautelis accipi endum , 1) ne per id ipsum restitutio impidiatur, 2) ne eo praetextu amnestie vniuersali & illimitatae quicquam præ judicii afferatur, 3) ne talis reseruatio ad proscriptions, confiscationes & hu ius generis alienationes extendatur 4) ne articulis aliter conuentis aliquid de roget, & denique 5) ne hoc fiat nominatim quoad articulum de compositione grauaminum.

i) Clausula generalis est, *salvis iuribus quibuscumque.* Subsequentes speciales variae est possunt, prout de istis transactum fuit. De vnaquaque suo loco videbitur. Inter ea pro exemplo esse potest , quod *articulo 4. suo Elektor quoque Treurense &c. habetur,* vbi Episcopis Spirensi & Wormatiensi liberi iurium persecutio coram competente iudice reseruatur, quæ illi præ tendebant in bona quedam eccllesiastica intra Palatinatus Inferioris territori um sita.

j) Ex his liquet, quod supra diximus, ius

ceptiones, & litis pendentiæ m) post factam denum restitutioñem, coram competenti Judice n) examinuntur, discutiantur & expediantur o), multò minus hæc reservatio ipsi Amnestia universali & illimitata quicquam præjudicij affert p) aut etiam ad proscriptiones, confiscationes q) & eius

ius retentionis locum non habere. Sed facta restitutioñem denum de iuribus referuntur iudicio ynumquemque agere posse.

m) Quod hic de exceptionibus dicitur, superiora confirmat: ius enim retentionis plerumque per modum exceptionis proponitur.

n) Hic pro rei conditione alius aliisque esse potest. Sub competente vero iudice & Austregas comprehendendi non est dubium. Quin nec arbitrum excludi putauerim. Interdum etiam cause qualitas audeundi iudicis facultatem dat, qui alias competens rei index non est. Quod in omnibus illis causis sit, ubi Cameræ Imperialis iurisdictio fundata. Vel quando ex priuilegio alieni iudicis eligendi potestas datur; vel ex consensu prorogata est iustitia. Hinc recte hic in genere de competente indice sermo fit, qui non semper ex persona rei constituitur.

o) Examinentur scilicet iura & actiones, discutiantur exceptiones; & expediantur litiis pendentiæ.

p) Intelligitur scilicet amnestia, articulo promulgata, quæ perpetuum obliuionem omnium ab initio motuum quoconque loco modoue, ab una vel

altera parte vltro citroque hostiliter factorum, itemque abolitionem omnium iniuriarum, violentiarum, hostilitatum, dannorum, tam ante bellum, quam in bello, verbis, scriptis aut factis illatorum, sanctit. Nimirum duo sunt summa capita amnestia. Oblitio & abolitio præteriorum, ne vltioni expetenda vel desiderium vel facultas superfit; & restitutio in statum illum, qualis ante destitutionem fuit. Primo capite de vltione aut vindicta simplex prohibito & sine vila reparatione conuenetur alterum vero restitucionem sub certis clausulis saluatoris decernit. His itaque verbis ad primum caput respicitur, caueturque, ne clausula illa, saluis iuribus quibuscumque prædictum illis factis afferat, que pax perpetua oblatione sepulta esse vult. Hinc nulla actio de iniuriis, violentiis, hostilitatibus, dannis, expensis, quatenus nimicrum sub hac amnestia comprehenduntur.

q) Proscriptio de personis propriis dicitur, confiscatio de bonis. Igitur si quis per proscriptiones aut confiscationes ius aliquod quæsiisse sibi videtur, eius rationem clausula illa saluatoria non habet, neque quisquam illis titulis facta

generis alienationes r) extendatur, vel articulis aliter conventis s) interque hos compositioni Gravaminum t) aliquid deroget. Nam quantum iuris u) in bonis x) Ecclesiasticis y) hucusque controversis z) eiusmodi restituti vel restitu-

facta restitutione contra restitutum vi clausula saluatoræ agere iterum potest.

r) Intermotus ciuiles Aula Cæsarea larga admodum & liberalis fuit ditandis aliis ex bonorum publicatio-  
nibus, cum aliquando integræ prouinciæ grafitudinis causa in prædam expo-  
site; vel debiti loco addictæ fuerint Harum similiumpque rerum cum iam restitutio fit, iura eius generis alienatio-  
nibus quæstia in computum illorum non veniunt, quæ clausula nostra salua & integra post restitutionem esse vult.

s) Specialia derogare generalibus, & posteriora prioribus, vulgatum est dictum. Sed quinam sint isti articuli aliter conuenti præter illum, qui hic designatur, de compositione gravami-  
num, queritur. Memorabile & mag-  
num exemplum huius rei statim initio articuli 4ti occurrit, vbi dignitas Ele-  
ctoralis cum Palatinatu superiore in Ducem Bauaria transfertur, quæ occa-  
sione motuum Bohemiae Comiti Palati-  
no ablata fuerunt. De aliis suis locis videbimus.

t) Compositio hic pro pacto seu transactione sumitur, quo sensu Cicero etiam vñus est. Alias componere mor-

tuum dicimus, cuius funus adornamus, & quo elato memoriam eius paulisper deponimus. Utinam grauamina in Imperio sic etiam composta & abolita essent; non adeo omnia querelis atque lamentationibus oppleta forent.

u) Ergo diuersum horum ius a iure eorum, qui ex amnestia restituuntur. Concurrere tamen actiones plerumque solent, ita tamen separandæ, ne quod vni tribuitur, ad aliam etiam trahatur, quod non raro ab incaustis interpretibus fieri animaduertes, quorum multi in ea sunt opinione, restitutionem ex capite grauaminum, & alteram ex capite am-  
nestia non alia ratione differre, quam diuersitate terminorum restitutionis a quo id quod est falsissimum.

x) Non in bonis modo, sed etiam in exercito religionis, in libertate con-  
scientiae & omnibus illis, quæ vel ad bona Ecclesiastica, vel religionem ipsum spectare possunt.

y) Imo etiam in Politicis, si quid intuitu Ecclesiasticorum mutatum ibi fuerit, artic. 5. §. 2.

z) Imo etiam illis, de quibus con-  
troversia post pacem exoriuntur. Nam horum non minus, quam istorum deci-  
sio ex articulo de compositione grau-  
minum dependet. Eiusmodi restituti  
vel

tuendi sunt habituri, patebit infra articulo de Gravaminum Ecclesiasticorum compositione. aa)

## IV.

§. 1. Et quamvis ex hac præcedenti regula generali a), facile dijudicari possit, qui & quatenus restituendi sint b) tamen-

*vel restituendi*) Cur hic non etiam fit  
mientio restituentium, vt in superiori-  
bus? Ratio procul dubio est, quoniam  
qui hoc modo restituantur, in bonis  
ita restitutis nihil omnino iuris confer-  
uent, nisi in quantum ipsi etiam restitu-  
torum vel restituendorum personas  
agunt. Id quod secus est in restitutio-  
ne ex amnestia. De cetero restituti  
sunt, qui iam ante pacem possessionem  
quocunque modo recuperarunt: Re-  
stituendi vero, quibus post pacem par-  
tis restituendæ sunt, & purpe-  
tuo etiam defendendæ.

aa) Nimirum articulo quinto; qui  
feret totus eiusmodi restitutionibus oc-  
cupatur & absolvitur, designato certo  
termine seu anno dieque, ad quorum  
normam habite quondam possessiones  
sive vii iurium viius vel alterius par-  
tis respectu restituendæ sunt, & purpe-  
tuo etiam defendendæ.

## Art. IV.

a) Quæ scilicet est, faciendam esse re-  
stitutionem omnium statuum & subdi-  
itorum, quibus occasione Germanie Bo-  
hemie morum, vel fæderum hinc in-  
de contractorum, ab una vel altera parte  
aliiquid præiudicet aut damni quocun-  
que modo vel prætextu illarum est, tam  
quoadditiones & bona, quam iura &

*dignitates, plenarie in eum virisque statu-  
rum in sacris & profanis, quo ante de-  
stitutionem gavis sunt, aut uregaude-  
re potuerunt, non obstantibus, sed annul-  
atis quibuscumque interim in contrari-  
um factis mutationibus.* Artic. III. §. 1.

b) Enimvero hæc sane diiudicatio  
alio plane modo secundum prædictam  
regulam generalem instituenda esset,  
nisi de quibusdam causis speciali quo-  
dam pacto transactum fuisset. Ut adeo  
hic articulus quartus in plurimis regu-  
lam generalem non tam exemplis illu-  
strare vel confirmare, quam per specia-  
les exceptiones restringere videatur.  
Prout id itatim causa Palatina manife-  
stum facit, de qua si aliter hic trans-  
actum non foret, restitutio Comitis Pa-  
latinii Rheni, Caroli Ludouici alio lon-  
ge & pinguiori modo decernenda fu-  
isset. Nimirum erat huius Parens Fri-  
dericus, occasione motuum Bohemiae,  
fœderumque hinc inde contractorum,  
non dignitate solum Electorali, sed &  
viroque Palatinatu, tam inferiore, quam  
superiore dejectus spoliatusque. Ig-  
nitur ex regula generali in hæc omnia re-  
stituendus esset, annullatis quibuscumque  
interim in contrarium factis mu-  
tationibus. Sed hic conuentum est,

vt

tamen ad instantiam aliquorum c) de quibusdam gravioris momenti causis d), prout sequitur specialiter mentionem E fieri

Palatini ante hac habuerunt, cum omnibus regalibus, officiis &c. vt & Palatinatus superior totus vna cum Comitatu Cham penes Maximilium Bavariae Ducem, tamquam lineam Guillermianam maneat. Ecce tibi statim casum a superiori regula generali plane abeuntem: plura similia hoc articulo occurrent, & ex occasione notabuntur. Ut propterea quis non sine causa miretur, cur hic praecedens regula pro facilitate diiudicatione omnium restituendorum habeatur, idque non tantum respectu subiectorum, qui sunt restituendi, verum etiam ratione modi, QVATENVS. In quo sane casus subsequentes speciales a regula generali longe in diuersum eunt. Longe igitur commodior sensus huius §vi estet, si dictum fuisset, ex regula quidem generali restitutionem fieri debere; sed cum de quibusdam gravioris momenti causis in nonnullis paulo alter conuentum fuerit, ideoque necesse fuisse, atque etiam placuisse, vt corum specialiter mentio fieret: qua ratione reservation illa ad finem adiecta omitti plane potuisset, cum mentio quorundam specialis non exemplorum numero, sed pro exceptionibus reuera sit. Qua reservation nunc etiam aliter intelligi nequit, quam omnes alios ex generali re-

gula restituendos esse, de quorum restitutione specialiter nihil pactum.

c) Tales procul dubio fuere, quorum spes & desideria regula generalis amnestie non satis explebat. Fuere etiam alii, qui ob lites cum restituendo olim exercitas, vel quod ex alis causis duriter habiti essent, sibi cautum cupiebant. Quo pertinent exempli gratia, quæ hoc articulo occasione cauæ Palatinæ de Comitibus in Lainingen & Daxburg §. 16. de libera Imperii Nobilitate per Franconiam, Sueviā & Transum Rheni artic. 17. de Feidis, in quosdam ab Imperatore collatis, artic. 18. de Augustana Confessionis Consortibus, artic. 19. de Principe Comite Palatino Ludouico Philippo, artic. 20. nec non de Comitibus Palatinis, Friderico & Leopoldo Ludouio, artic. 21. & 22. statuuntur. Controversia etiam de oppido Kitzingen, inter Marchiones Brandenburgicos & Episcopum Herbipollensem vertens, artic. 23. alia longe ratione, quam regula amnestie generalis requirebat, expedita fuit. Neque ita causis sequentibus pauca occurunt, quæ ad predictam regulam generalem examinata in nonnullis statum illum inuitant, quo restituendi ante substitutio nem gauſi fuerunt.

d) Hoc ita intelligendum, quod ple-  
rumq;

fieri placuit e) ita tamen, ut qui expresse non nominati f)  
vel expuncti g) sunt, propterea pro omissis vel exclusis h)  
non habeantur.

rumque restituentes in eiusmodi cau-  
sis deceptum aliquid delibatumque  
voleant, ne plenaria esset restitutio.  
Alias enim dubitandum non est, melio-  
rem semper restituendorum fuisse con-  
ditionem, quorum restitutio ad supe-  
riorem regulam generalem simplici-  
ter exacta, nisi fortassis de dubiis qui-  
busdam iuribus una opera transactum  
sit.

e) Nisi enim hoc factum fuisset, mul-  
ti ex bonis alienis tam opima spolia non  
tulissent.

f) Obscurus & impeditus est aliquo  
modo horum verborum sensus, credo  
tamen, hoc sibi velle, eos, qui hic ex-  
presse non nominati, vel expresse non  
expuncti sunt, pro omissis vel exclusis  
non habendos esse. Itaque dictio ne-  
gativa non repeti, vel subintelligi apud  
verbum expuncti debet, cum sine eo  
oratio fieret cum manifesta implicatio-  
ne, scilicet expunctos pro omissis vel  
exclusis non haberi, id quod absurdum.

g) Sed quinam sunt illi hoc articulo  
expuncti? Considerandum primo, ne in  
genera sunt omnes illi, quorum resti-  
tutio detracto aliquo deterior facta est.  
Haec enim pro expunctis habent  
possunt. Deinde expunguntur iafra  
§. 53, memorabili exemplo Subditi &  
Vassalli hereditarii Domus Austriacæ,  
quantum ad bona eorum mattinet, qua-

confiscatione aut alio modo amissa fue-  
re, antequam in Coronæ Sueciae Gal-  
liaue partes transiuerere: Item §. 56, alia  
expunctio occurrit, de quibus suo loco  
videbitur.

h) Hic iterum benigna interpreta-  
tione subueniendum est huic clausulae  
saluatoriae. Cum enim plerorumque  
cauæ, quorum hoc articulo ad instantiam  
possessorum seu restituendum, ita  
decisa fuerint, vt a regula generali  
amnestia longe in diuersum catur, sanc  
qui his exemplis cauillari verba cupe-  
ret, fabricare hunc facile sensum pos-  
set, etiam cum nominatis, vel non ex-  
pressè expunctis eadem ratione agen-  
dum esse, ne scilicet ad plenarium re-  
stitutionem omnium in eum statum,  
quo res ante defititionem fuerit, se-  
cundum regulam supra traditam ge-  
neralem adigerentur. Sed hoc nolu-  
isse pacientes vel ex eo apparet, quia  
hoc modo nullus omnino dictæ regu-  
la vius esset. Quamobrem sic ego in-  
terpretor, procul dubio ad mentem le-  
gis, reliquos omnes, quibus ex capite  
antestia restituendum est aliquid, ad  
præscriptum regulæ illius generalis res  
siuas repeterem posse; cum ii, quorum hic  
specialis sit mentio, eo contentus quis-  
que esse debeat, quod sibi particulare  
paectum tribuit. Quia ratione non no-  
minatorum, vel non expunctorum

tan-

§. 2. Ante omnia vero causam Palatinam i) Conventus  
E 2 Osna-

tanto melior conditio esse videtur, quanto pinguis est remedium ex regula generali.

§. 2. ante omnia &c.

i) De causa Palatina agunt omnes Commentatores ad Instrumentum Pacis. Scilicet Elector & Comes Palatinus Rheni Fridericus V. cum iuvente ardore, tum mulierib[us] ambitione instigatus, aduersus prudentiorum consilia & monitus, iniurias cum Ferdinando Austriaco contraxerat, antequam is Imperatorum solum concendiisset. Quippe occupato Bohemorum defectione regno, regioque titulo & diademate sumpto, motibus Bohemicis primo implicatus, deinde Bohemorum defectio[n]e ad fuscipenda Regni insignia vocatus, cum mox Regem se eligi atque coronari passus esset, omne Nomen Austriae cum magna Catholicorum statuum parte, Duce in primis Maximiliano Bauaro, in se concitatuit. Interea Ferdinandus creatus Romanorum Imperator, accitis Hispanorum auxiliis, & valida Boiorum manu submixus Ducibus Maximiliano & Bucquio in Bohemiam tendit, atque nouum Regem hanc procul Praga, regni metropoli, cum omni suo exercitu, ex tyronibus fere collecto, & veterano militi impari fudit fugacitque. Quia vna pugna infeliciter non amissa modo Bohemia, verum

etiam Elector Superiori atque Inferiori Palatinatu pullus est, illinc Banarorem gerente. Hinc Hispanis ditiores ad Rhenum inuidentibus, postquam Caesar Ferdinandus secundis rebus elati, proscriptione velut signum ad istas expeditiones dedisset, Palatinatum Rheni in Hispani tenuerunt: Superiorum Maximilianus Bauarus pro belli impensis retinebat, in quam simul dignitas Electoralis collata fuit, quia Fridericus eiusque Haeredes iniquissima sententia exuebantur, cum hos saltet luere Parentis qualemque cunctam culpam nulla iura sinerent. Inter ea Fridericus exulabat apud Bauarus, donec superuenire Sueci, atque Austriacos ad moderatiora consilia vieticibus armis flexere. Hec causa Palatina longa & impedita actio fuit apud tractatus pacis; cum Ecederati Reges & Principes Electoris Palatini, Friderici liberorumque eius solidam restitucionem vrgerent in omnia bona & dignitates, Austriaci vero ultra inferiorem Palatinatum Rheni nihil quicquam concederent, cuius præterea restitucionem non modo detracta dignitate Electorali, iam in Bauaria Ducem collata, sed & multis aliis conditionibus, imprimis quod ad religionem attinet, deteriorem fecerant. Ex eo varie iactatum negotium, prout bellorum vices spem metumque iniecerant. Tandem

Osnabrugensis & Monasteriensis 1) eò deduxit', ut ea de regamdiu mota lis m) dirempta sit modo sequenti.

Electora-  
tus Bava-  
ricus,

§. 3. Et primò quidem quod attinet Domum Bavari-  
cam n) dignitas Electoralis o), quam Electores Palatini an-  
te

ea de re , vt hic dicitur , iam diu mota  
lis dirempta est sequenti modo.

1) Vtrobique enim hac causa acta  
fuerat, Gallis Suecisque Palatini postu-  
lata fulcieribus. Non dubitandum  
tamen est, si major constantia Federer-  
atis fuissest, quin hoc negotium felicius  
successisset. Constanst enim est fama,  
Bauarum iam suis mandata dedisse, vt  
tandem a proposito retinenda digni-  
tatis Electoralis desisterent, si alia ra-  
tione transigi non posset. Sed Galli  
forsan aliquo religionis respectu, Sueci  
vero ostentatis prouinciis quibusdam,  
aliisque commodis electi, de corru-  
ptis Ministris nihil affirmo negoque,  
cessere tandem victoriam Bauaris, quam  
in manu ipsi habebant, si paulo perstis-  
tissent.

m) Pulsuere nimirum Electores  
Ferdinandum II. omnibus conuentibus  
de restitutione Palatini; Reges etiam  
Angliae Jacobus sacer, & Carolus Le-  
vir, adiunctis Federatis Belgis, itemque  
Rex Danie, sumptuosas legationes eam  
in rem fecerant. Adhæc intercessere  
sapientis Principes Euangelici, causam  
que in primis liberorum proscripti Ele-  
ctoris egere. Elector ipse, & post fa-  
ta eius, filius Carolus Ludouicus editis  
in publicum scriptis excusare præteri-

ta: Iudicij & proscriptionis iniustiam  
exagitare, Clementiam Cæsaris per  
codicillos implorare, deprecari iniuri-  
as: de contumeliis & maleficiis Hispani-  
orum ingentes querelas instituere,  
aurarim & cupiditatem agnati Bauarii,  
bonis suis & dignitatibus inhiantis acriter  
accusare. In summa Deum homi-  
numque fidem inuocare, vt in cauſa  
communi officiis etiam communibus  
subleuentur. Hæc fere est illa lis mota.  
Neque enim denuo ad Iudicem itum,  
postquam Elector semel sententia Fer-  
dinandi damnatus proscriptusque fuit.

§. 3. *conuentum apud*  
n) Per hanc conuentiōnēm Domus  
Bauarica duo obtinuit, 1) Dignitatem  
Electoralēm Palatinatus Rheni cum  
omnibus iuribus, & 2) Palatinatum Su-  
periorem totum vna cum Comitatu  
Cham, quibus Dux Maximilianus, eius-  
que liberi atque agnati frui possint,  
donec ex linea Guilhelmina masculi  
superstites sunt.

o) Quæ nunc Maximiliano Ducis  
pace confirmatur, cum iam ante annos  
viginti quinque ipsi ab Imperatore Fer-  
dinando collata fuissest: Neque in ge-  
nere modo dignitas Electoralis, qua-  
nuper Dux Brunsvicensis ornatus etiam  
fuit

te hachabuerunt, cum omnibus regaliis p), officiis q), præcedentiis r), insigniis s) & juribus quibuscumque ad hanc dignitatem spectantibus t); nullo proorsus excepto u), ut & Palatinatus superior totus x), una cum Comitatu Cham-

E 3

y),

fuit; sed illa ipsa, quam Electores Latinii ante hac habuerunt.

p) Regalia proprie hic sunt iura, quæ a dignitate Electorali dependent magis, quam a Provincia, cui addicta illa dignitas est. Inter quæ eminet ius suffragii in creatione Regis Romanorum: itemque in Comitiis Electoralibus alias ob causas indistis: nec non prærogatiua in honoribus, ceremoniis, titulis &c. &c.

q) Officium præcipuum Electoralis dignitatis Palatinatus Rheni erat Archidapiferatus. Hie nuc in Ducem Bauariorum collatus. Hoc respectu in Curia solenni affert cibum ad mensam Imperatoris.

r) Præcedit nempe omnes seculares Electores, Rege Bohemia excepto.

s) Insigne Archidapiferatus est polum Imperiale, quod in processione solenni ante Imperatorem portat *Aurea Bulla* c. 22.

t) Cum Vicariatus nulla fiat expressa mentio, post mortem Ferdinandi III. inter Bauarum & Palatinum acerrima contentio orta est, cum vterque tempore interregni hanc sibi potestatem arrogaret. Bauarus vicariatum sibi debet contendebat, quod inter regalia unum esset dignitatis Electoralis, quam

Electores Palatini ante hac habuerunt. Palatinus vero ad iura referebat Palatinatus inferioris. Vtriusque partis argumenta in compendio vide apud Linincum ad A. B. c. 5. §. 1. obseru. 5. Retinuit non modo illo tempore Bauarus Possessionem & apud Cameram editis suis, & in aliis actibus: verum etiam nupera Regis Romanorum, Iosephi electione, concedente Palatino, se plane fulciuit, cum quæstio esset de Vicariis Imperii per Regis minoritatem, Cæsare forsan mortuo. Tunc enim Bauaro iura Vicariatus expresse asserta sunt, Palatino adeo tacente, vt ne protestatione quidem sibi prospicere. Quanquam argumenta haud quam de nichilo fint quibus olim Elector Carolus Ludouicus suas partes contra Bauarum defendebat, nisi huius causam potentia tunc iuuisset fama religionis Lubnixa.

u) Quod scilicet ad dignitatem illam Electoralem pertinet: iura enim Palatinatus separata sunt.

x) Alterum quod Bauaro datur, est Palatinatus superior, & quidem totus, nullo detracto. Occupauerat illum Maximilianus statim a Bohemia motibus, mandato Ferdinandi Cæsaris, ex quo Fridericus Elector proscriptus fuerat

y), cum omnibus eorum appertinentiis, regaliis ac iuribus z), sicut hactenus, ita & imposterum maneat a) penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Ba-

variae

rat. Nunc conceditur illi ob sumptus in bellum illud factos, quorum rationes ad tredecim vsque millions computabantur.

y) Adjacet hic Comitatus Palatina-  
tui versus Bohemiae confinia.

z) Appertinentiae comprehendunt omnes partes iustius Palatinatus, & quicquid eo spectat. Regalia de sublimi territorii iure seu superioritate proprie intelliguntur. Iura autem reliqua complectuntur omne illud, quod eorum nomine quoconque modo venit, adeoque iura tam actua quam passiva. Quare etiam Elector Bauariorum excipere actiones & in iure respondere de omnibus illis tenetur, quæ sibi alii ab eo dari aut fieri contendunt, qui Iunius Palatinatus Dominus est & possefessor.

a) His verbis volunt Bauarum exemplum esse ab obligatione restituendi rem Euangelicam in eum statum, quo ante destitutionem, aut saltem anno 1624. fuerat. Sane hæc interpretatione cœuentu comprobata esse videtur, cum nihil interea restitutum sit, neque a vero longe abest, tacite hic quid pacatum fuisse, cum nemo audierit, a confecta pace Bauariorum super restituitione in sacris interrogatum esse, quamuis in vicino oppido Weiden, que-

ditionis Neoburgica pars, sacra Euangelica restituta fuerint, & cum Catholicis iterum turbarent statum, ingentes querelæ eam ob rem, nec iam prorsus extincta, statim exortæ sint. Alias vero, & si absque tacto eiusmodi pacto fuisset, vereor lane ut his solis verbis, battenus, ita & in posterum effugere Bauariorum necessitatem restitutioem potuisset, quæ omnibus statibus ex decreto regulæ vniuersalis imposita erat, cuius toto Instrumento Pacis respectu eius nulla inuenitur exceptio, cum tamen Dominus Austriae speciali conuentione cauendum sibi putauerit, ne religio in hereditariis Provinciis ad ductum iustius regulæ exigeretur. Eadem fere res circa restitucionem Inferioris Palatinatus aceedit, ibi anno 1624. tota propemodum regione pulla religio Euangelica erat. Sed restitutus Elector Carolus Ludovicus in eum statum, quo ante motus Bohemicos fuerat, non exiuit, sed sibi impedimento statum anni 1624. esse, quo minus illam reduceret, pulla vice versa Catholica. Et hoc ipsum inter conditiones restitutiois fuisse, concedentibus tandem Catholicis, constat. Enimvero sunt etiam vestigia, quibus appetat, Electorem Maximilianum non magis voluisse legem ibi dici in nego-

rio

variae Duce*m*, ejusque liberos totamque Lineam b) Guiliel-

tio religionis, quod ad Palatinatum superiorem attinet. Hinc credibile est, ne exemplo istorum mouerentur ali, & per id ipsum turbaretur pax, satius visum esse, inuolueris verborum vtriusque mentem, compositioribus pacis explicatam, tegere, ne offendicu-  
lo ceteris esset. Quo respectu etiam procul dubio mentio *sacrorum & profanorum*, sive *Ecclesiasticorum & politi-  
corum* caute omissa, quæ in reliquis tam crebro occurrit. De coetero uti-  
que si nuda verba, prout hic iacent, in-  
spiciamus, cum illa de sacris nihil o-  
mnino disponant, omnis recta ratio in-  
terpretationis eo duceret, vt ea sub re-  
gula vniuersali relicta fuisset diceremus.

Occurrit adhuc alia consideratio circa verba *sicut halternus, ita & in pos-  
teriorum, obseruatione non indigne. Sci-  
licet Palatinatus Superior halternus, id  
est, eo tempore, quo pax Westphalica  
confecta erat, a Maximiliano Electore  
solo occupationis titulo; aut si multum  
dederis utique, iure saltem retentionis  
pro imperiis in bellum Cæsaris gratia  
factis, possedit fuit. Proprietate eius  
& dominio interea neque Palatini se  
abdicauere, neque Cæsar prouinciam  
illam suo pro arbitratu transcribere  
in Maximilianum poterat, cum, si vi-  
que etiam Elector Fridericus iure pri-  
natus illo per prescriptionem fuisset,  
Capitulationes Cæsareæ non fuissent*

de bonis eiusmodi ad Imperium rever-  
sus. Imperatorem sine consensu saltem  
Electorum statuere. Quam ob rem ante  
pacificationem nullum stabile & radi-  
catum ius Maximiliano in hunc Palati-  
natum, qualicum esse videtur. Qui si  
in posterum manere penes eum saltem  
debet, sicut halternus fuit nullo dafo  
meliori titulo, nec ampliori iure con-  
cessio, quod hic sane non factum, nisi  
forsan inuestitura subiecta aliquid  
mutauerint, (id an in præiudicium tertii  
fieri potuerit, ali viderint) oppido ma-  
nifestum est, Domum Bauaricam hunc  
Palatinatum proprietatis nomine sibi  
vix asserere posse: neque facile dixeris,  
quo titulo possidat, nisi fortassis ius  
quoddam est antichreleos, quamvis  
valde irregulare, quo Palatinatu velut  
pignore ex pacto pro tredecim millioni-  
bus fruatur, vt relui non possit, quam-  
diu ex tota linea Guilielmiana masculi  
superstites sunt: His vero defientibus,  
res ad lineam Rudolphinam redent,  
credito tum adeo extincto, vt nec fe-  
mina, nec alii Hæredes Allodiales eius  
condicendi ius vulum habeant.

b) Ante annos non ita multos, quum  
Elector Bauariae, ex secundis nuptiis  
nondum liberos suscepisset, quibus  
iam domum feliciter fulcitur, disputa-  
tum acriter fuit, num etiam ad lineam  
Guilielmianam illi Comites Warten-  
bergici pertineant, & computandi sint,

quos

helmianam c), quamdiu masculi d) ex ea superstites fuerint.

quos ante hoc Dux Bauariae Ferdinandus impari ex connubio primum procreaverat. Haec tenus eos ex linea Guilelmiana esse, quatenus Patre, Duce Bauariae eiusdem linea geniti sunt, sine omni est controversia. Quosdam etiam eorum masculos esse superstites, de facto constat. Sed fraudi eis est, cum ignobilior Matris conditio, qua in illustribus familiis ex consuetudine id habet, ne iustum sit matrimonium: tum vero præcipue ipsius Bauaricæ Domus testimatio & indicium, quæ hos Comites in hanc usque diem, neque nomine, neque loco, neque insignibus, neque ullis denique prærogatiis atque iuribus Ducum Bauariae propterea dignos existimauit, antequam ad eam orbitatem redactam propemodum fuisse, vt sibi de firmamentis quoque modo prospiciendum esse putauerit. Tum enim demum Comites Wartenbergici & latebris quasi suis paulatim extrahe, & altiori sp̄ci destinari, quæ mox vno iterum iuctu decollauit, postquam Elector fecunditate matrimonii pene supra votum successionem stabiliuit, tot liberis masculis auctus. Sed illo tempore, quando causa Wartenbergiorum agebatur, mullitabant Agnati ex linea Rudolphina, quorum damno haec noua adoptio manifesta iniuria videbatur agitari; sed inter occulta saltē murmura hi questus

stetere, vt ignotum sit, quid futurum fuisset, si fors casum tam meditatum dedisset effectui.

c) Quæstum memini, num hic Guilelmus V. sit intelligendus, Pater Maximiliani Ducis, anno 1602. mortuus? an auus illius, Guilelmus IV. qui anno 1580. diem obiit? Non video, quid inter sit, utrum status, cum omnis Guilelmi IV. progenies tandem ad Guilelmum V. redierit, vt ab hoc solo Ducum Bauariae nomen sit propagatum. Nam Guilelmus iste V. etiam Ferdinandi Ducis Pater fuit, cui Comites Wartenbergici ortus suos debent. Itaque cum nihil cuiusquam referat, hoc vel illud dicas, arbitrör ego, sine cuiusquam iniuria pronunciari posse, Guilelmum V. intelligendum esse, cum ille lineam proximiorem faciat, in qua forte subsistendum etiam fuisset, etiam si secunda linea a Guilelmo IV. superstites quædam esset. Cur enim legem contractus, qui potuere, non apertius dixerunt, præsertim cum hic agatur de onere maximo, quo Comites Palatini Rheni insigni ditionum paternarum iactura grauandi erant, vt propterea interpretatio quam strictissima sequenda sit. Nam si pacientium mens alia fuisset, linea Ducum Bauariae non a Guilelmo quocunque, sed a prima eorum origine Stephano II. qui omnium Pater fuit, deducenda erat,

d)

§. 4. Vicisim Dominus Elector Bavariæ pro se, hæreditibus ac successoribus suis, totaliter renunciet debito tredecim millionum, omniq[ue] prætensioni in Austriam Superiorem, & statim à publicata pace omnia Instrumenta defuper obtenta Cæsareæ Majestati ad cassandum & annullandum extradat, e)

§. 5. Quod ad Domum Palatinam attinet f). Imperator <sup>Electoratus</sup> cum Imperio g), publicæ tranquillitatis causâ consentit, ut <sup>Octavus</sup> <sub>Palatinus</sub> vigore præsentis conventionis institutus sit Electoratus Octavius h), quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus

F

Rheni

d) Fœminæ igitur in Palatinatum Superiore ius succedendi non habent. An vero in Ducatum Bauariae ? Non sequitur. Eximias tamen huius Ducatus portiones pro bonis allodialibus venditari audiuimus: sine dubio materies rixarum & litium, si tam opulenta hæreditas aliquando cernenda esset.

§. 4.  
e) Mira hæc ars ex alienum luendi ex alienis bonis. Galli proverbio hoc appellant *payer les violons*. Sed hoc priuilegio soli Potentes gaudent.

§. 5.

f) His institutus Electoratus octauus consensu Imperatoris & Imperii, quo Comes Palatinus Rheni, Carolus Ludovicus eiusque Hæredes & Agnati totius lineæ Rudolphinæ frui debent. Idque publicæ tranquillitatis causa datum, cum alia ratione nec satisficeri Bauaro, nec restitutio Caroli Ludovici obtineri posset. Nam que conditio-nes antehac in medium propositæ fue-

rant, de alternatione in dignitate Electoralis, vel alio modo, neutri parti satis arriserunt.

g) Nota hic, Imperium ab Imperatore distingui, & significare status Imperii. Alias Imperium solum possum, Imperatorem etiam comprehendit.

h) Ergo saltem consensu Imperatoris & Imperii vigore huius conuenctionis, cuius partes pacientes & Extra Coronæ fuere, octauus Electoratus institutus est; quod noui quid esse videatur, cum si secundum formam reipublicæ nostræ loquendum esset, istum Electoratum octauum Imperator cum consensu statuum decernere & intitulare debuisset. Αὐτοὶ δὲ hanc constitutionem in retanti momenti, & toties ytrinque magnis studiis agitatu arguere pudor prohibet. Neque tamen etiam, si verba, vt iacent, accipiuntur, alium sensum exculpere licet, quam omnes partes pacientes qua tales, instituisse Electoratum; sed ex consen-  
Im-

Rheni eiusque hæredes & agnati, totius Lineæ Rudolphinæ juxta ordinem succedendi in aurea Bulla expressum i), deinceps fruantur. Nihil tamen juris, præter simultaneam Investituram l) ipsi Domino Carolo Ludovico aut ejus successoribus ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Eleætori Bavariae, totque Lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.

S. 6. Deinde ut inferior Palatinatus totus m) cum omnibus

Imperatoris & Imperii, sine quo id fieri non potuisset. Quodsi dicere volumus, Coronas exteras his verbis saltem præstationem rei conuentæ in se suscepisse, ipsam vero restitutionem autoritate Cæsaris, & ex consensu Statuum factam, minus in explicatione videtur esse, quam in oratione, seu verbis legis.

i) Hic ordo, Linea Caroli Ludouici extincta, in domum Neoburgicam transiit.

l) Hæc simultanea Investitura sunt omnes illæ reliquæ, quas Carolus Ludouicus eiusque heredes ex tanto naufragio seruauere, præterea nihil iuris in illa ipsi reliatum. Id quod nihilominus juxta superiora suo 3. tradita, in primis quoad sensum verborum sicut hæc tenus, ita & in posterum, explicandum est.

S. 6.

m) Restitutio Electoris Caroli Ludouici duobus capitibus constat, uno, quo nouus Electoratus in Eum collatus: qua de re superiori suo actum, &

alterum, quo totus Palatinatus Inferior Rheni ipsi restituitur. Palatinatus autem Inferior totus quia id Cæsariani Bauarique tum agebant, vt insignis eius pars detraheretur, iam in usus aliorum destinata. Scilicet Catholiconum primo sententia erat, eo ante omnia collimandum esse, vt quæ Possessoribus pristinis in Palatinatu Inferiore restitus essent, cœnobia Limburch, Hirth, Spanheim, Hornbach, aliaque, illis manerent salva: nec non vt in suo robore persisterent facta ab Imperatore aut Electore Bauaro donationes, Infeudationes, itemque res transactæ, vel iudicatae: interque illas dispositio circa Ecclesiæ Neuhaus & Sintzheim in fauorem Episcopatus Wormatiensis. Tum etiam Electori Moguntino Viam seu stradam montanam reddendam censebant, & religiōnem Catholicam toto Palatinatu stabilitam, conservandam. Denique Eleætor Treuirensis restitucionem Castrorum Eberstein, & abolitionem nouitatum, quas in Episcopatum Spirensem Palatinus .

bus & singulis Ecclesiasticis & secularibus bonis n), Juribusque & appertinentijs o), quibus ante motus Bohemicos p) Electores Principesque Palatini gavisi sunt, omnibusque do-

F 2

cumen-

tinus inuexisset, iterum iterumque vrgebat, ac praterea pagos Welchau & Hakenheim ab eodem excutios restitui sibi volebat. Ex his plerique reiecta. De cœteris vero quid statutum sit, sequentia docebunt.

n) De bonis Ecclesiasticis hic specialis mentio, omisla supra, cum Palatinatus Superior in Bauarum transcriberetur, necessaria ideo fuit, quod Catholici Status & Ecclesiastici in primis anno 1624. in possessione plerorumque bonorum Ecclesiasticorum fuerant, illa omnino iuxta articuli quinti paragrapnum nonum, *quecumque Monasteria &c. sibi in perpetuum vindicatur*, ni de restitutione eorum specialiter fuisset conuentum.

o) Cur non hic adduntur etiam regalia, quod de Palatinatu Superiori factum? Non credo, huius vocis omissionem quoconque modo huic restitutiōni fraudi esse posse, cum regalia nihil aliud sint, quam iure sublimiora territorii. Cuicunque igitur ditio cum omnibus & singulis iuribus restituitur, eidem regalia etiam restitui, quorum ditio illa capax est, non est dubitandum.

p) Non ita multi anni sunt, cum haec verba magnæ disputationis inter Status Euangelicos & Electorem Pal-

tinum materies fuere, Dum scilicet illi contederant, *ante motus Bohemicos* designari statum, qui proxime ante illos motus in Palatinatu fuit: Id quod cum anno 1618. proprie incidere autemabat. Hic vero istum annum pro termino & regula sibi postulum esse negabat, iura sua ad aliquot retro seculata exigens, vt annum illum 18. non aliter considerandum esse dixerit, quam minimam partem temporis, quod ante motus Bohemicos effluxerat, imo vix vt diem anno comprehensam. Neque enim esse terminos convertibiles statum ante motus Bohemicos, & annum 1618, neque argumentum a statu huius anni defunctum valere negatiū contra Electores Palatinos, quo ad bona & iura Electori Carolo Ludonico eiusque successoribus legitimis restituta; sed affirmatiue faltem, vt, quicquid iurium Fridericus Elector anno 18. haberit & exercuerit, id ipsum successoribus eius pace Westphalica restitutum sit. Ex quo non sequi, si forte dictus Elector Fridericus V. ins aliquod anno 18. actu non exercuerit, cum facultas eius exercendi ipsi fuisset, quodque decesores eius pro arbitrio semper exercuerent, in ius illud seu potestatem Carolum Ludonicum non restitutum fuisse. Rationes vtriusque partis haec propromota

dum fuere. Serenissimus Elector al-  
legebatur 1) de statu & obseruantia anni  
1618, respectu religionis & subditorum  
toto Instrumento Pacis ne mentionem  
quidem fieri: imo 2) hunc terminum  
inter tractatus pacis a Catholicis reie-  
ctum esse, cum Euangelici eundem pro-  
regula restituendorum proposuissent.  
3) Annū quidem 1624. pro termino  
restitutionis eis positum esse, qui ex  
capite grauaminum restituendi erant;  
Sed nihilo minus ab hac etiam regula  
excipi restitutis ex capite amnestiae,  
artic. 5. §. 13. 4) Cum igitur Elector  
Carolus Ludouicus non ex capite gra-  
uaminum, sed amnestia sit restitutus,  
non obligare ipsum, neque fraudi ei  
esse posse, quicquid respectu restituendorum  
ex capite grauaminum de statu  
& obseruantia anni 1624. eiusque diei  
prima Ianuarii dispositum inuenitur.  
5) Cum Elector Carolus Ludouicus in  
omnia iura sit restitutus, quibus Electo-  
res Principesque Palatini ante motus  
Bohemicos gauisi sunt, hanc eius resti-  
tutionem sine manifesta contradic-  
tione ad nudum factum possessionis Fride-  
rici V. Electoris restringi non posse,  
quia ipsa verba Instrumenti pacis eius-  
modi limitationem reiiciant. 6) Neque  
id magis conuenire menti restituendum  
& restituti: non illorum, qui  
Hispani & Bauari fuerint, & qui nun-  
quam ne per somnium quidem cogita-  
rint, ut annum 1618. pro termino decre-  
torio respectu religionis ponerent.  
Neque magis etiam huius, Caroli Lu-

douici, qui adeo non existimauit, oblita-  
gatum se ad præscriptum statum eius-  
dem anni esse, vt potius pro arbitrio ei  
derogarit contrariis mandatis factis-  
que, concedendo etiam Catholicis  
exercitum religionis suæ omnibus locis,  
vbi id ei vitum, non attento ad sta-  
tum anni 1618. 7) Cum in prima pro-  
positione Suecica amnestia generalis ad  
annum 1618. reducta: in subsecuta Cæ-  
sarea vero ad statum anni 30. iuxta pu-  
blicatam anno 1641. in Comitiis Ratis-  
bonensis amnestiam limitata fuerit,  
placuisse tandem in ipsa pacis conclu-  
sione a temporibus hisce definitis  
utrumque abstrahi, & tempus aliquod  
indefinitum statui, scilicet tempus ante  
motus Bohemicos vel ante destitutio-  
nem, ex quo sequi, a statu 1618, quatenus  
istae tempore ante bohemico eo  
modo, quo supra dictum est, non includit-  
tur, sed indeterminatum illud tempus  
limitat atque restringit, mutuo confun-  
duisse discessum fuisse. Denique 8) tolli  
omnem dubitationem ab Inuestitura,  
post confessam pacem Carolo Ludouico  
ab Imperatore concessa. Quæ sicut  
partem præcipuum constituit execu-  
tionis pacis in hoc articulo, ita tenorem  
eius procul dubio verum & genuinum  
intellectum suppeditare. At inuesti-  
tum tunc fuisse Carolum Ludouicum,  
eiusque Hæredes & Agnatos totius li-  
neæ Rudolphinæ cum Palatinatu Inferiore,  
eiusque Ecclesiastice atque secu-  
laribus bonis, iuribus, appertinentiis,  
non ut ea Pater illius Fridericus V., an-  
no

no 1618. possederit, sed vt decessores eius, Electores & Comites Palatini ante motus Bohemicos possedere: interque eos Decessores nominatum designari Philippum, Ludouicum, Fridericum nec non Ottонem Henricum, Fridericum Ludouicum & ambos Fridericos, Patrem atque Filium. Verba investitura haec sunt. Churfürst Carl Ludwig / und dessen Erben und Anverwandten der ganzen Niedersächsischen Linie vi pacis Westphalicae mit der achten Churwürde und Wohlgerichtigkeit / mit der Pfalzgrafschaft bei Rhein / samb allen Geist- und Weltlichen Gütern/ Rechten und Zugehörungen / wie dero Vorfahren / die Churfürsten Pfalzgrafen nahmentlich Churfürst Philipp / auch Ludwig / und Friedrich. Desgleichen Otto Heinrich/ Friedrich Ludwig / und beede Friedrich/ Vater und Sohn / vor der Böhmischem Unruhe dieselbe eingehabt &c. &c. Vnde apparere, quinam sint illi, Electores Principesque Palatini , quorum mentionem Instrumentum Pacis facit, & quorum possessio veluti index est iuriuum ante motus Bohemicos possessorum, quæ cum longe in duo postrema superiora secula retro digitum intendant, ad statum possessionis Friderici V. anno 1618. præcise habita non posse restringi. Sane quidem occurtere etiam nonnunquam in scriptis nonnullis, literis & decretis, restitutionem Palatinatus Inferioris concernentibus,

mentionem anni 1618. Sed quotiescunque illud sit, tunc annum illum habendum esse non pro toto termino restitutioonis a quo, sed saltē pro parte temporis ante Bohemicū, vnde restrictione & oppositione ad totum tempus ante Bohemicū nihil omnino inferri possit, cum supra allegata Inuestitura, Carolo Ludouico concessā longe altius initium temporis illius repeatat, quo Electores & Principes Palatini , qui etiam nominantur, iuribns suis gauisi sunt. Haec rationes erant vnius partis.

Ex altera vero adducebatur 1) verba ante motus Bohemicos idem significare hoc loco, quod alio, ante definitiōnem, sed istud ante definitiōnem tempus definitiōnem immediate præcedens denotare, non esse dubium: cum itaque definitio Friderici V. post annum 1618. statim contingit, hunc ipsum sane annum non posse non pro designatione & statu haberii illius temporis, quo restitutio Palatinatus veluti metimur & commensuramus. 2) Ante motus Bohemicos idem esse, quod ante initia motum, quia restitutio Palatinatus certum & definitum statum desiderabat, non vagum aliquem & incertum, secundum quem fieri posset. 3) Electorem Carolum Ludouicum non nisi unum eundemque terminum restitutio-nistam in Ecclesiasticis quam Politicis habuisse; testari autem omnia acta & iudicata, nec non Cæsaris Ferdinandi III. mandata & decreta, circa execu-tionem pacis in restitu-tione Palatinatus

Inferioris, quod ista restitutio nunquam aliter quam ad normam statumque anni 1618. intellecta fuerit. 4) Actiones & vindicationes etiam Caroli Ludonici, nec non transactiones eiusdem cum vicinis de alio termino, quam hoc ipso nullibi mentionem facere. Adhac 5) totam pacis historiam hoc ipsum inculcare, vbi status ante motus Bohemicos & status anni 1618. eodem vbiique sensu dicta acceptaque sunt. 6) Sed & in Instrumento Pacis Westphalicae articulo quarto, suo 50. anni 1618. diserte mentionem fieri, quod nulla alia ratione factum, nisi quia dictus annus praecise status ille fuerit, quem pacientes restitutis ex capite amnestia in sacris non minus, quam profanis pro mensura restitutionis posuerunt. 7) Hoc ipsum etiam velle exceptionem artic. 4, §. 19. Lutheranorum bono conuentam, quibus dum annum 1624. pro statu datus est, reliquis annus 1618. non potuit non relietus fuisse. 8) Imo Carolum Ludovicum suo iudicio & exemplo hoc ipsum docuisse, qui omnes communates seu Ecclesiæ religioni Catholice Romanæ addictas, si ante motus Bohemicos, anno scilicet 1618. in Palatinatu Inferiori exercitium sua religionis habuerunt, eo statu reliquit, quo illo tempore se fuisse probare poterant, vt adeo superioris assertum aduersæ partis, nimurum Carolum Ludovicum sine vilo respectu ad annum 1618. de religionibus vi iuris reformati pro arbitrio decreuisse, omni fide &

probatione deslituatur, cum vnum vel duo forsan exempla ob singulares plene rationes fulciendo nunc eiusmodi destinato minime sufficiant, extante in primis ipsius Caroli Ludovicici declaratione in contrarium: qui plenis in Comitiis Ratisbonæ edita deductione, in causa Monasterii Lauriacensis (Lorsch) haec de fine vlo circuuit ita loquitur: Nun vermag das Instrumentum Pacis Westphalicae, daß alles ratione bonorum Ecclesiasticorum, non exceptis exceptionibus &c. &c. in den Stand zu restituiren und dabey Juliaßen wie es anno 1624. gewesen / nun daß in erwählten Friedens-Schluß auch dieses expresse versehen / quod Electores Palatini in eum statum restituendi sint, quo ante motus Bohemicos NB. nimurum anno 1618. fuerunt, & quidem parviure, quo reliqui Statut, ita ut non nisi termino restorationis a quo differant. Neque minus 9) id apud Catholicos etiam in confessio fuisse, testante propositione Isaci Volmarii, Cesarei ad Electorem Carolum Ludonicum Legati, qui cum ipsis pacis tractatibus quondam Legatus Cesare interfuisset, post initam pacem anno 1651. hunc Electorem querentem, sibi in restituzione totius Palatinatus nondum plene satisfactum, sic inter alia alloquitur. Würde E. Churf. Durchl. obliegen / vor allen Dingen specificie zu exprimiten / und zu probiren / was und wieviel der prætendirten Leibeigenen Leuth im Stift Speyer und brauchbarten Dingen das

das Thürf. Haß Pfalz anno 1618. beym Anfange der Böhmischen Unruhe in würtzlichen Besitz gehabt &c. quo nihil dici manifestius & clariss potuisse putant ab eo precipuo Viro & Ministro , cuius eruditione , opera & consilii Cæsar in primis in promouendo pacis negotio vtebatur, quique proinde nosse omnium optime debuit, quæ significatio vsusque proprie esset verborum illorum ante motus Bohemicos. Cum quibus si conferamus, quæ Statutum Euangelicorum Legatus ad Electorem Palatinum Dominus de Baetzelar, anno 1699. libello suo vteriori , die

21  
31 Octobris in scripto exhibito sub lit. a & b adiunxit, vix cauillis etiam locum relinqu existimat, cum ibi tot documentis non modo mens pacificentum plana & aperta fiat, sed & trices fere nominatim mentio occurrat anni 1618, ad quem singula restitutionis Palatini capita , vel grauamina adhuc residua exigenda esse, vbiique res ipsa & verba doceant : E quibus multa ita sint comparata , vt exceptionem illam supra a parte aduersa inuentam , de parte scilicet temporis , quod ante motus Bohemicos effluxit, per istum anum saltem designata , non ferant modo , sed & refutent. Veluti est illud , quod in paulo ante dicta propositione Ministri Cæsarei , Volmarii , habetur, scilicet adualem possessionem inspicendam esse, prout anno 1618. ante initia motum Bohemicorum habita fuit. Cuius-

modi plura ibidem legi possunt, quæ sic comparata sunt , vt palpandum manus præbeant , si vtique iudicium aut bona fides defecerit, terminum restitutionis Palatinatus Inferioris anno 1618 præcise definiri, atque adeo illum annum non pro parte temporis aliquius indefiniti, in aliquot retro secula respicientis, sed restrictiue & oppositione ad tempus anterius ante Bohemicum explicandum, consequenter omni temporis vteriori opponendum esse. Equidem non latet me , responsum non nihil ad haec omnia esse ab iis, quibus creditum est, optimorem restitutionis conditionem fore, si statum a longo aliquo & indefinito tempore arcesseremus. Sed præterquam quod istæ responsiones ipso nimium subtili artificio infirmitatem suorum novitate inuentorū exponant, absurdum est, statum aliquius rei eiusmodi tractu temporis designare, intra quod saepius de facto mutauit. Sic enim nulla eius certitudo vel demonstratio esset, cum, qui certo anno talis fuit, annis superioribus vero, si retro eatur , multis in rebus longe alius fuisse deprehenditur , nemo scire posset , quem in statum restitutio facienda sit, cum hac ratione non unus, sed multiplex atque varius se nobis ficit, nisi ad ultimum respiciatur , qualis erat ante illam mutationem, cuius causa restitutio post exercitas inimicitias litesque decreta est sive sententia sive pacto. Atque haec fere sunt argumenta diuersarum opinionum circa sensum

horum

horum verborum, *ante motus Bohemicos*. Quæ pars disputatione superior sit, lector prudens & affectibus vacutus facilis negotio secum statuet. Si dicere licet, quod mihi videtur, tam operosa ventilationes & excusione hæc verba plane opus non habent, cum planissimo sensu omnibus se primo statim aspectu absque vila difficultate commendent: vt fieri vix potuisset, adeo in diuersa abiuisse contouerentes ni mutato cause vel questionis statu, quasi Andabaturum more hinc illine variis iustibus, & ab hoste semper auersis pugnalent. Verba sunt clarissima, & sine vila ambiguitate. Restituitur scilicet Palatinatus Inferior Electori Carolo Lendum cum omnibus bonis, iuribus & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gauisiti sunt. Hic de statu aliquo, in quem restitutio facienda, nullum verbum, sed de bonis tantum, iuribus & appertinentiis; vt frustra disceptetur, quo statu Palatinatus Inferior restituatur, cum totus sit restitutus. Credo studio & dedita opera id factum, ne mentio status religionis Catholicae, que anno 1624. illic locorum statum haberet, ex articulo grauaminum aliquid praesidium compararet. Eadem ratione paulo ante cum Palatinatu Superiori etiam actum fuerat. Quamvis autem negare nolim, Palatinatum Inferiorem certo In statu restitutum fuisse, cum sine statu esse non possit. Aliud tamen est, si quæras, quid Carolo Lu-

douico restitutum sit, & quo statu Palatinatus Inferior sit restitutus, Cum hoc verbis directis non habetur in hoc nostro paragrapgo sexto. Enim uero quicquid horum sit, siue de statu quæras, quo Palatinatus Inferior ante motus Bohemicos fuit: siue de bonis, iuribus, appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores & Principes Palatini gauisiti sunt, recurrat nihilominus utrobius quæstio ab initio proposita, & per diuerias rationes supra adductas in vtramque partem agitata, nimur utrum per tempus ante motus Bohemicos intelligatur habitus vel statutus rei, qualis immediate ante illos motus erat; An vero indefinitum & indeterminatum quid, quod longius retro porrigitur, & cuius annus ille decimus octauus non est, nisi exigua pars. Ut iterum hic rectius intelligamus, distinctius querendum erit. Fac enim mihi, Electores & Principes Palatinos bonis quibusdam aut iuribus longe ante motus Bohemicos gauisios esse, sed hæc posteri alienasse, vel possessionem eorum vsumque alio modo amississe, ita ut proxime ante motus Bohemicos istorum nihil quicquam amplius in potestate habuerint; sane restitutionem eorum ex hac conuentione peti posse non arbitror, cum nemo ex capite amnestia in aliud statum restitutatur, quam quo ante destitutionem fuerat. Quodsi vero quis & proxime ante motus Bohemicos, & multis retro siue annis, siue seculis bona quedam aut iura in patrimonio

monio habuerit, superuacaneum erit querere de toto temporis, cum ultima pars eius, id est, annus decimus octauus ad restitutionem petendam sufficiat. Sicut ex aduerso, quæ bona aut iura Domus Palatina vel hoc ipso anno decimo octauo, vel non longe ante acquisuerat, quæ nondum erant in Dominio Superiorum Electorum vel Principum, eorum, licet recens quæstorum, non minus restitutio debetur, quam aucti & veteris patrimonii. Ut adeo ego vix intelligam, cui bono tota hæc controversia in medium allata & tanto studio inter utrosque propter eam vitatum fuerit. Nam sicuti restitutio ex capite amnestie non datur in id, quod Domus Palatina ante motus Bohemicos amisit, cum ali eam ob res inter motus subsecutos forte amissas ex eodem hoc capite petere possint, saluis interea cuiusque iuribus ita ex aduerso fit restitutio in quæcumque & quoctunque modo possessa ante motus Bohemicos. Possessum autem ante hos motus, ad hunc nimirum effectum, non intelligitur, nisi quod proxime ante motus Bohemicos possessa est. Nam antiquius possessa, sed ante motus Bohemicos non amplius retenta, ad amissam pertinent, quorum restitutio alia formula actionis quærenda erit, si utique in hac ius tibi superesse existimas. Ut proinde, quoctunque me verto, non inueniam, qua ratione repetitio sit ex hac lege eorum, quæ longe ante motus Bohemicos a domo Pa-

latina amissa in aliorum manus pervenire, nisi possessionem eorum proxime ante motus Bohemicos docueris. Errorrem quidem hac in causa peperit, quod mentio hic fiat non Friderici V. Electoris, qui Palatinatu per motus Bohemicos pulsus est; sed Electorum & Principum Palatinorum: ad quam inde formulam inuestitura etiam Carolo Ludouico data, nominatis Electoribus Palatinis, qui seculo adhuc decimo sexto vixerunt. Sed uti, ubi lex aliter non disponit, reliqua omnia ad naturam Amnestie generalis supra decipiæ aestimanda sunt. Ita huius loci alia interpretatio esse nequit, quam si id quod hactenus superiores Electores possederunt, ultimusque ante motus Bohemicos retinuerit, demum post illos motus interceptum sit. Interea fateor, planiorem sensum fuisse, si possesso Friderici V ante motus Bohemicos proximi pro mensura adhibita fuisset restituendorum; sed forsitan haberunt Paciscentes suas rationes, nobis nunc incognitas, cur ita transigent. Enimvero quæcumque etiam illæ fuerint, nisi argumenta videamus hactenus allegatis evidenter pressioraque, inducere in animum non possumus, vt explicationem admittamus, omnem formam restitutioonis ex capite Amnestie funditus destruentem, saltem quod ad domum Palatinam attinet. Iuuat hanc nostram sententiam præter iam dicta illud etiam, quod hic simpliciter habeatur, *gantij sunt*. Cum supra art.

art. 3. §. 1. adiectum fuisse, aut in regan-  
dere potuerunt. Id quod alia fini fa-  
cium esse vix potuit, quam ne occasio  
sequiori interpretationi detur, ac si con-  
stitutum fuisse, id etiam ex Amnestia  
domus Palatinæ restituendum esse, cuius  
possessio non est interuersa, sed quod  
actione petere tantum licuit.

Denique sunt adhuc duo, quæ mo-  
nere hoc loco nos oportet. Unum, quod  
ex iam adductis fluit, subditis scilicet Pa-  
latinis, qui non minus quam Electores  
& Principes ex capite Amnestia tam in  
sacris quam profanis in statu, quo ante  
motus Bohemicos fruebantur, restituun-  
tur cum generaliter art. 3. §. 1. tum speci-  
aliter art. 4. §. 13. restitutionem Elec-  
torum & Principum Palatinorum in  
omnia bona iuraque fraudi esse non de-  
bere. Qua in re ob easdem rationes,  
de quibus paulo ante est dictum, con-  
siderandus erit status subditorum, pro-  
ut proxime ante motus Bohemicos se  
habuit, non quo gauisi forte sunt ex  
remotiorum temporum conditione.  
Minime omnium vero recurrere sine  
manifesta calumnia licet ad statum tem-  
porum, qualis ante reformationem  
erat, cum omnia adhuc Pontificis Ro-  
mani auspicia dictumque sequebantur.  
Alterum est, si quid iuribus Electorum  
& Principum Palatinorum, quibus ante  
motus Bohemicos gauisi sunt, West-  
phalica pace detractum sit, aut quocon-  
que modo in iis mutatum, id etiam in  
computum restitutiois venire non  
posse. Quod enim art. 4. §. 10. circa

confirmationem pactorum gentilitio-  
rum domus Palatinæ iurumque totius  
lineæ Rudolphinæ statutum est, ut fal-  
ua rataque maneat, quatenus huic dis-  
positioni contraria non sunt, id vniuer-  
sum de omnibus iuribus Electori Ca-  
rolo Ludouico restitutis est intelligenti-  
dum. Non minus enim ad ipsum eius  
que successores, quam alios Imperii  
status pertinet, quod art. 17. §. 2. de  
obligatione generali huius pacis statui-  
tur, contra quam nullum eius articu-  
lum aut clausulam nulla iura, decreta,  
privilegia, indulta, edicta, mandata &c.  
vno verbo, nullæ, quoconque nomine  
aut prætextu excogitari poterunt, ex-  
ceptiones, a quoconque vnguam alle-  
gari, audiri vel admitti possunt d. art.  
17. §. 3. Exempli causa, ius reformati,  
quod ex Superioritate territoriali reli-  
giofaque pace ante Westphalicam Sta-  
tibus Imperii competi per hanc ipsam  
multis modis coercitum, nunc & restri-  
ctum est. art. 5. §. 31. Ab hac obliga-  
tione Electores Palatini ideo exempti  
non sunt, quia restituti sunt in omnia  
iura, quibus ante motus Bohemicos  
Electores & Principes Palatini gauisi.  
Nam idem dicitur de aliis, qui ex capite  
Amnestia restituuntur: de quibus vide  
sis art. 4. §. 24. 26. &c. quos tamen ha-  
bentur ne per somnium quidem hæc  
subiit cogitatio, se ob restitutiois su-  
as, quarum specialis fit mentio, ab ob-  
seruantia & obligatione art. 5. eiusque  
§. 31. liberatos esse. Ut proinde nihil  
ad eo ab omni iuris & æqui ratione  
tam

cumentis regestis, rationariis, & cæteris actis q) huc spectantibus eidem plenariè restituuntur r): Cassatis iis, quæ in contrarium acta sunt s), idque auctoritate Cæsarea effectum

tam alienum sit, quam illud, quod non nulli de restitutione Palatinatus Inferioris affirmare non verentur, factam scilicet illam esse sine omni onere & obligatione, siquidem istud ad iura etiam subditorum extendunt, quod fit, ipsis ex formula Westphalica pacis quaesita. Quid enim opus fuisset, art. 4. §. 13. de Subditis Palatinis speciali sollicitudine statui, ut frui debeat, non modo *Amnestia generali supra descrip-  
ta, pari cum coeteris in ea comprehen-  
sis iure: verum etiam singulariter  
transactione in puncto grauaminum ple-  
nissime, si omnino illis nihil iuris & præ-  
sidii neque ex Amnestia, neque ex  
transactione in puncto grauaminum  
contra ius reformati comparatum  
est?* quo sane argumento Status Euan-  
gelici non ita pridem causam Subditorum Palatinorum contra Clerum Catholicum, qui in faustum hoc suum opus ceptæ reformationis tam Iudiorum argumentis tutatus est, summa cum iustitia egerunt, prout hoc omne prolixius est discessum in scriptis publice latino & vernaculo sermone editis, quæ lectorum attente euoluisse non paenitebit, cui libitum est, glaucoma oculis depellere quod ea restitutione Palatinatus Inferioris obiicere nonnulli ingeniosi hac, si Diis placet, Instru-

menti pacis explicatione non erubere, veluti cum fungis ipsis aut stipibus res esset, quibus nullum in capite cerebrum aut intellectus,

q) De celeberrima illa & inclyta Bibliotheca Heidelbergensi hic nullum verbum, quosm Catholici, occupato Palatinatu, Pontifici Romano dono dederant: & cuius iactura bonis omnibus merito dolenda est.

r) Quam plenaria tamen hæc restitutio fuerit, & antecedentia testantur, & subsequentia, quibus subinde aliquid delibatum est. Ut iam taceam pacis Executionem, qua Carolo Ludouico Electori non omnino satisfactum fuisse querelæ eius & expostulationes partim cum Cæsare ipso, partim cum aliis, loquuntur.

s) His paucis verbis plus continetur, quam prima specie legentibus rerum que ignaris appareat. Itaque ad meliorem intellectum huius loci tradendum est, quid occasionem præcipue dererit huic clausulæ, quam appellant, cassatoria. Scilicet mirantur multi, cum religio Catholica Anno 1624, toto Palatinatu quaqua late instituta stabilitaque fuerit, iste vero annus pro regula sit postus generali, secundum quam iudicandum sit, quæ religiones vnoquoque loco manere, quæ item mi-

grate inde debeant. Quia ratione factum sit, ut restitutus Elector Carolus Ludouicus Catholicam Romanam religionem tota ditione cum omni suo paratu comitibusque pelle-re potuerit? cum tamen nullibi diser-tis verbis extet, Palatinatum exceptum fuisse. Sed si acta consulimus, hic ex-ceptionem inueniemus inuolutam ideo laxioribus paulo verbis, ut honoris Ca-tholicorum ratio quædam habetur, quibus non potuerit non peracerbum accidere, si aperta oratione illorum religioni in toto Palatinatu exilium indictum fuisset. Quare placuit in ge-nere caſſare omnia, quæ in contrarium acta sunt, quæ ratione existimatum est, satis esse prospicuum Euangelicorum definitius. Quia caſſatis omnibus re-ligio Catholica Romana nullum præ-fidium ex pace habebat petenda man-donis. Itaque statim etiam omnibus locis migratio[n]is est. Res autem bre-uiter ita habet. Initio Tractatum pa-cis Casarei prima sua propositione die 28. Aprilis 1646, facta inter alia Palati-natum inferiorem restitutum aliter no-lebant, quam ea conditione, ut religio[n]i Catholica ſtatus ſuus cum omnibus iuribus ſuis & redditibus ſaluſ fit. Euan-gelici vero contendebant, Palatina-tum plene reſtituendum, abrogati ibi Romanis Sacris. Quod ipsi etiam Pa-latini mense Maio amplius vrgebant ſcilect, omnia reſtitui debere ablatu, in specie bona ſacra, per Hispanos & Ba-uarios occupata, poſt in Iſuītas & alios

translata, una cum ſacris in priſtinum reponenda eſſe ſatum.

Mense Auguſto instabant porro Euangelici, omnes Ordines in ſatum Anni 1648, reſtituendos, in ſpecie Palati-nis Proninciam Inferiorem, ſicut ante bellum poſſeffa fuerat, reſtituendam eſſe. Tandem Cæſarei poſt longam tergi-ueriationem cum anno ſequenti reliqua confeſſiſſent, excipere faltem co-nati fuit pauca vel parua quedam feſta, a Cæſare vel Bauaro aliis confeſſa: Itemque canobi a nonnulla & Stra-dam Montanam, ſed negantibus Sue-cis, in Palatinatu inferiori ſacris Roma-nis locum eſſe poſſe, quod iis, quæ ſuper Amneſia & grauamnibus conuentu Palatinus gaudere plenarie debeat, an-nullatis omnibusque contra ſatum An-ni 1648, circa cultum & bona Sacra ſu-a a Cæſareis, ſine Hispanis Bauariisque mutata fuere, coercitum religionis faltem Catholice quibusdam locis & pro perfonis quibusdam petutum. Enim-vero, n̄ ſic quidem re ex voto Catho-licorum procedente hi coacti denique fuere, deſcenſionem ſuæ religionis ab-ſicere, & eo contenti eſſe, ne diſertis verbis neceſſitas emigrandi illis indi-ce-re, quam in rem tanto faciliores Euangeli ci fuſſe videntur, quod iam anno 1645. Mense Junio Sueci in pro-positione ſua reſtitutionem uṛſiſſent, non obſtantibus, ſed abolitiſſimē per proſcriptiones & confiſcationes ſen-tentiis, alioue modo in contrarium atliſ; ad quam formula[m] deinde ver-ba

iri t), ut neque Rex Catholicus u), neque ullus alias qui exinde aliquid tenet y), se huic restitutioni ullo modo opponat.

§. 7. Cūm autem certæ quædam Præfecturæ y) Stradæ

G 3

Mon-

Summa pe-  
cunie pro  
Strada Mon-

ba nostri sui secundum mentem pacientium concepta fuere , quorum sensum geminum ipsa docuit executio pacis , cum omnes Catholica religioni addicti velut ex publica conuentione abire iuberentur , qui probare non poterant , se anno 1618 adeoque proxime ante motus Bohemicos in possessione exercitii sue publici sue priuati suorum Sacrorum fuisse.

t) Restitutus quidem fuit Elector Carolus Ludouicus authoritate Cæsarea, statim post pacem factam , delegatis ad eam rem perficiendam Landgrauio Darmittensi & Marchgraui Badensi, de quorum actis extat Relatio Anno

1649. die <sup>17</sup> Octobris facta apud Lunderpium. Enimvero multa nihilominus incerta mansisse & controuersia, aliqua etiam diu executione debita caruisse , docent illa duodecim capita, que anno 1651. Carolus Ludouicus ad status Imperii, tunc Francofurti congregatos querelarum causa detulit.

u) Ille tamen satis diu Elector in hac dispositione , non obstante , restitutio ne Oppidi & Fortaltii Franckenbal, ludificatus est , praesidio Hulpanico item de die in diem , ino in annos extrahente , donec post difficultem & toxiq;am

negotiationem anno demum 1652. mensa Aprili profectionem adornauit, cum interea temporis Elector Palatinus Heilbronnae , Sueviae ciuitatem velut signoris loco retinuisse.

x) Bauari enim Heidelbergam & Manheimum tenebant, quæ tamen oppida anno 1649. Mense Septembri restituta iam fuerant ; Inter alia repetebat etiam Elector Præfecturam Barestein , cum oppido Weiden , detentam ab Neuburgico administrationis nomine : Item Bleyenstein , tum iura nonnulla Dominii directi , quæ partim Comites Leiningenses , partim Elector Treuirensis & Colonensis restituere fibi recusat. Et quæ plura fuere inter postulata illa duodecim relata, quorum designationem Elector conuentui Frankofurtano anno 1651. exhibuerat, eademque super re cum Volmario, Legato Cæsareo egerat.

§. 7.

y) Cum omnibus illis , quæ hoc paragrapgo conuenta sunt, iam diu satisfactum fuerit, soluto pretio, & restituto, pignore, non opus est de his verbosum esse. Historiam rei petere potest, qui vult, ab aliis ; nostrum in primis est institutum dispicere de illis, quæ dubia adhuc

Montanae antiquitatem ad Electorem Moguntinensem pertinentes, Anno demum millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, pro certa pecuniæ summa Palatinis cum patre perperuæ relutionis impignoratae fuerint; ideo conventum est, ut haec præfectura penes modernum Dominum Electorem Moguntinensem, ejusque in Archiepiscopatu Moguntinensi successores permaneant, dummodo pretium pignorationis sponte oblatum, infra terminum executioni conclusæ Pacis præfixum, paratâ pecuniâ exsolvat, cæterisque ad quæ juxta tenorem literarum oppignorationis tenetur, satisfaciat.

§. 8. Electori quoque Trevirensi 2) tanquam Episcopo Spir-

huc interpretatione fomitem dissidiorum præbère possunt,

§. 8.

2) Hic paragraphus argumentum est evidens, singulari proflus ratione, & in multis a communis Instrumenti pacis dispositione diuersa de restitutione Palatinatus Inferioris esse transactum. Cum enim ista bona Ecclesiastica, intra Palatinatus Inferioris territorium sita anno 1624, pulso tunc temporis Palatino, ab Episcopis Spirensi & Wormaciensi posseſſa fuerint, quorum restitutio vigore art. V. Si quæcumque monasteria &c. ab Electore peti non potuerit, restituuntur tamen illa ipsa, & saltem iura dictis Episcopis reseruantur, quibus facultas relinquitur ea persequendi coram competente Iudice. Unde manifestissimum est, subditorum etiam Palatinorum restitutionem in Ecclesiasticis, quorum Causa art. 4,

§. 13. non modo ad Amnestia beneficia, verum etiam ad fruitionem plenissimam eius transactionis, quæ de grauaminibus singulariter conuenta est, remittuntur, non adeo stricte, ad communem legem art. 5. §. 31. exigendam esse, ut possessione etiam anni 1624. quo nullam habuere,flare eos oporteat. Nam quodnam hoc esset ludibrium, subditis Palatinis art. 4. §. 13. singulariter potestatem facere fruendi plenissime tota transactione de compositione grauatinum, si posselio illorum anno 1624. metienda esset, quam hoc tempore nullam habuisse omnibus constabat. Quis haec absurdâ & vana pacientes voluisse dixerit? Sicuti itaque cum ex eo, quod hic Episcopis Spirensi & Wormatiensi ius resernatur persequendi bona quædam Ecclesiastica, intra Palatinatus Inferioris territorium sita, quæ dicti Episcopi anno 1624. possede-

re,

Spirenſi, Episcopo item Wormatiensi a), jura quæ prætendunt b  
in bona quædam Ecclesiastica, inter Palatinatus inferioris ter-  
rito-

re, & quorum adeo pōſſeſſionem bene-  
ſicio art. 5. §. quæcumque monaſte-  
ria &c. ſine ullo alio auxilio retinere  
debuilſent, reſte concluditur; in cauſa  
grauaminiūm Ecclesiasticorum funda-  
mentum reſtitutionis obſeruantiaque  
future, quod aliis omnibus unicum fo-  
lumque eſt poſſeſſio anno 1624. prima  
die Ianuarii habita, reſtitutioni Palati-  
natus neque fraudi neque præuidicio  
eſſe, cum omnia expendantur ad iſ-  
tum, uti ante motus Bohemicos fuit.  
Si eadem ratione & certitudine af-  
firmare poſſimus, quanquam eadem le-  
gis auxilia ſubdi Palatini ex Inſtru-  
menti Pacis art. 5. §. 31. & 32. contra  
Principum ſuorū ius reformandi vi-  
articuli eiusdem 4ti §. 13. adepiſiſunt.  
Illiſ tamē non eodem cum coeteris  
termīno poſſeſſionis cenſeri, ſed an-  
num 1618. illiſ pari cum Principibus  
ſuī conditione datum eſſe, quia alia  
nullum omnino iſpis ſubdiſium prodi-  
tuſ, nullā ſecuritas largita eſſet. Quin  
vniuerſim fortassis ſtatuerē licebit, an-  
num 1624. nullo plane modo ad infe-  
riorem Palatinatum, neque ratione  
Principum Electorum, neque ratione  
Subditorum ſpectare: ſed utroque  
fine diſcrimine uno eodemque termino  
reſtitutionis & future obſeruantia;  
tam in cauſis Amnestiæ, quam graua-  
minum frui, atque iſpis ſecundum ſta-

tum habitumque retum, quales anno  
proximo ante motus Bohemicos fuit;  
ius dici. Quod ſingulare iuriſ reme-  
diū mirum videri nemini debet, cum  
ciuismodi prærogatiua ingenti pro-  
uinciarum, bonorum, dignitatū atque  
iuriū danno iactitraq̄ redimere  
Palatini debuerunt: & quæ velut ex  
naufragio ſeruata ſunt, nullo eis uſui  
forent. Si cauſe eorum ex communi  
grauaminiūm lege atque regula age-  
rentur. Et tuetur utique huius fe-  
tentia veritatem tota pacis actio, quæ  
etidentibus documentis oſtendit. Fe-  
deratos Protestantes mōrdicus tenuiſ-  
ſe, ne Palatinatuſ Inferiori ſine vila per-  
ſonarum, rerum cauſarumque diſtin-  
tione alius terminus reſtitutionis eſ-  
tet, quam annus 1618, vel centes in  
propositionib⁹ eorum & diſceptatio-  
nibus nominatus, quanvis in aliis re-  
ſpectu grauaminiūm conveſſiſſent, ut  
cetera ad anni 1624. ductum & indi-  
cationem exigerentur.

a) Hic inter alia vindicabat Mo-  
naſterium Neuenhaſis cum opimis bo-  
nis, ad illud ſpectantibus reliqua vide  
apud Buckiſch. Hoc loco

b) Hoc verbum ſtudio videtur hic  
aſſumptū, ne talis reſeruatio fraudi  
ſit Palatinis, qui negant, Wormatiensēs  
iure experiri poſſe.

c) Ad-

torium sita, coram competenti Judice prosequi liberum esto c), nisi

c) Anno 1656. in conuentu Deputatorum Franfurtensi acriter Euangeliacos inter & Catholicos certatum fuit, quis sit iudex competens in causis, hoc ipso ad iuris persecutionem remissis. Scilicet Episcopus Wormatiensis, captata temporum occasione, repetebat ab Electore Carolo Ludouico supra dictum Monasterium seu Foundationem Neuenhaus / implorato Deputatorum auxilio , ad quorum forum hanc causam trahi cupiebat. Sed excipiebat Elector de Fori incompetentia, negabatque Deputatos Iudices in causa esse posse. Itaque praetudinalis quaestio magno animorum studiorumque ardore diuersis rationibus agitata est, Catholicis Deputatis causa cognitionem Conuentum adserentibus : Protestantibus vero eandem reiicientibus. Ad alium Iudicem competentem. Acta res est in variis conselibus, sed ob sententiarum diuersitatem votorumque æquilibrium statui nihil potuit, ut cupido harum rerum Lectori aliquo modo satisfiat, qui forsitan hic etiam auditis partibus suo iudicio uti vult, amborum argumenta, ex actis fideliter collecta hic proponemus. Igitur Catholicorum pro competencyia Fori contendentium haec fuerunt :

1. Episcopatu Wormatiensi ab Electoribus Palatinis haec bona post pacem religiosam, imo contra eandem, crepta fuisse.

2. Eorundem restitutionem iam anno 1566. Mensis Mayo in Comitiis Imperii prævia causa cognitione Statuumque suffragii decretam, quanquam res inobedientia Detentoris successum non habuerit.

3. Apud Tractatus pacis Monasterii & Osnabrugæ Episcopum Wormatiensem huius iudicati præstationem ursuisse, cuius actionis is fuerit effectus , ut iura Episcopi coram competente Iudice prosequenda utroque Instrumento, Pacis disertis verbis referuata sunt.

4. Hoc ius prætendum pure & simpliciter in iure executionis seu restitutionis confisteret,

5. Nouissimum Recessum Imperii omnes casus restituendorum tam ex capite Amnestia , quam grauaminum ad Conuentum Deputatorum remittere, atque simul Deputatis §. den zweyten punct &c. 191. iniungere dasz zu fordern die requisita restitutionis in den Fällen / so durch den Friedens-Schluss nicht geändert/dem Religion-Frieden gemäß/ consequenter ad punctum restituendorum ex capite grauaminum qualificiret seyn / bewiesen werde.

6. Instrumentum Pacis art. §. 1. iubere, ut pax religiosa facta anno 1555, sancte & inviolabiliter seruetur, prout ea anno 1566. (quo hic casus in specie fuerit ventilatus) & post in diuersis Sacri

er Romani Imperii comitiis confirmata fuit.

7. Hunc casum a regula restitutio-  
nis expresse esse exceptum , & Episco-  
pum Vindicem ad Iudicem compe-  
tentem remissum.

8. Hunc Iudicem vi nouissimi Re-  
cessus alium non esse quam conuen-  
tum Deputationis ordinariæ, cum alias  
hæc exceptio sine omni effectu foret,  
Denique

9. Wormatienses *ius prætersum &*  
*ius persequi*, cuius hoc loco fiat mentio,  
non aliter intellexisse, quam supra dicto  
modo : cum minime omnium mens  
eorum fuerit , ut per hæc verba ad iu-  
dicium petitorum ablegarentur , &  
multis ambagibus litium fatigarentur :  
hæc fare Moguntinus pro voto cense-  
bat. Quibus a Treuirensi atque Colo-  
niensi additum.

10. Casus exceptos a regula genera-  
li restitutio-*nis* , in primis si decisio eo-  
rum ex Pace religiosa petenda sit , per-  
tinere utique ad punctum restituendo-  
rum , adeoque ad Deputationem Imperii  
ordinariam , id quod lueulentis  
verbis tam Instrumentum Pacis quam  
nouissimus recessus Imperii fieri ve-  
lint

11. In hoc casu requisita restitutio-  
nis non ad regulam generalem expen-  
denda , sed ad specialem exceptorum  
casuum dispositionem , sine quo specia-  
lis reseratio absque exitu foret.

12. Conuentui Deputatorum omnem  
potestatem iudicandi & decidendi

ab Imperatore & Statibus datam , quam  
ipsi in comitiis exercere potuissent. Et  
denique

13. Rem fraudi & præiudicio aliis  
casibus fore , si hæc præsens causa ab  
hinc tanquam foro incompetente alio  
ablegaretur , quamobrem verendum  
sit , ne futuris Comitiis Deputati Status  
Wormatiensisibus accusantibus ab Im-  
peratore & Imperio neglegi muneris  
aut male administratæ iustitia arguan-  
tur. Diferte enim nouissimo recessu  
Imperi dicit. §. 191. haberi : daß for-  
derst die erforderliche requisita restitu-  
tionis , und daß der casus dem Instrumento  
Pacis , Räyserl. Executions-  
Edict , arëtiori exequendi modo , Neu-  
ligisten recels , oder in denen Fällen / so  
durch den Friedens- Schluß nicht ge-  
ändert / dem Religions- Frieden ge-  
mäß / consequenter ad punctum resti-  
tutionis ex capite Amnestia vel grau-  
minum qualificirt sey / soll bewießen  
werden : ex quo satis appareat , Pacem  
religiosam a Deputatione non esse ne-  
gligendam , sed iudicandum etiam se-  
cundum illam esse in casibus , ubi per  
Instrumentum Pacis non mutata , ade-  
oque art. 5. §. 1. confirmata sit. Hæc  
Catholici.

Contra censebant Euangelici , causam  
hanc Nienhusanam a Conuentu Depu-  
tatorum nec suscipi , neque iudicari  
posse , sequentibus argumentis .

1. Quia hæc Deputatio ordinaria  
Iurisdictionem non ordinariam habet ,  
sed delegatam tantum , que stricti iuris ,

H

2. Quia

2. Quia non habet potestatem iudicandi de omnibus casibus, sed de talibus saltet, quæ restitutions ex capite Amnestie vel grauaminum concer-  
nent.

3. Quia hæc Wormatiensis præten-  
tio est lis vetustissima, longe ante motus  
Bohemicos Germanicosque seculo de-  
cimo sexta mota.

Quia reseruatio hoc articulo bono Wormatiensium facta non effectum restitutions, sed facultatem iuris perse-  
quendi saltet cotam Iudice compe-  
tentem obtinet. Nam si pacientes aliud, & id voluissent, utius Wormatiensium prætendum paratam habeat executionem atque restitutionem, de  
hac re plane alteri conuentu opus fuisse,  
de restituzione nimirum pure &  
simpliciter facienda, cuius loco nunc  
actio saltet seu ius persequendi reser-  
vatum sit.

5. Evangelicos Deputatos non cre-  
dere, Catholicorum mentem hanc esse,  
omnes eiusmodi casus ad hoc forum  
trahi posse, de quibus post pacem qui-  
dem religiosam, sed longe ante bellum  
Germanicum controuersia exortæ fu-  
ere. Non enim solam Catholicorum  
contradictionem sufficere, sed item  
eius nature esse debere, ut ad classem  
restituendorum ex Instrumento Pacis  
apta nata sit.

6. Verba ipsa, iura que pretendunt,  
item ius suum persequantur non de  
possessoribus, sed auctoribus tantum, in-  
telligi posse: ex aduerso vero.

7. Decretum esse art. 4. §. 6. Resti-  
tutionem Palatinatus in omnia bona  
Ecclesiastica & Politica Electori Carolo  
Ludouico faciendam esse, ad qua bona  
ipsam hanc fundationem Nienhus-  
tiannam, veluti intra Palatinatus Inferioris  
territorium sitam, procul dubio perti-  
neat, praesertim cum

8. Paragraphus Electori quoque  
Treuirenſi &c. g̃us non habeat exce-  
ptionem a regula seu dispositione resti-  
tutionem totius Palatinatus Inferioris  
concernente: tanquam Episcopatus  
Wormatiensis ab hac obligatione liber  
sit: sed a regula seu dispositione artic.  
5. §. Quæcumque monasteria, 25. quæ re-  
stitutionem decernit secundum statutum  
possessionis anni 1624, prima die Ian-  
uarii, cum omnium iurum actionum  
que tam in petitorio quam possessorio  
abolitione; cuius restitutionis is sit  
effectus, ut ex hac lege restituto lis de  
possessione, hoc modo semel recuperata,  
moueri amplius nequeat, quamvis  
forte eam anno 1624. non satis iusto  
titulo acquisuerit. Quam ob rationem  
nisi in hac causa Wormatiensi de exce-  
ptione ab haec generali regula conuen-  
tum fuisset, Wormatiensibus perinde  
ac alius Ecclesiasticis Collegiis corpori-  
busque omnis actio & omne ius perse-  
quendi in ista bona simul periisset.

Porro

9. Probatu difficultimum fore, hanc  
causam Wormatiensem pace religiosa  
expresse decisam esse.

10. Quamvis instruc̃io Deputato-  
rum

rum hoc velit, ut etiam secundum pacem religiosam sententiam ferant, quatenus hæc per Westphalicam non est mutata: ex eo tamen non sequi, cognitionem omnium causarum, quæ ex pace religiosa iudicandæ sunt, trahi ad forum Deputationis posse. Hanc mentem Statibus Imperii, cum Deputationem decernerent, nunquam fuisse, quibus id unice propositum fuerit, ut saltem pacem per debitas restitutions exequerentur.

II. Deputatis diligenter inspicendum esse, quid in mandatis habeant: Hoc vero esse, ut de casibus restituentorum ex capite amnestia atque grauaminum cognoscant.

12. Sed ad hos casus causam Wormatiensem nulla ratione referri posse. Episcopum enim Wormatiensem restitutio nuius rei petere non ex capite amnestia, cum ipsi hæc bona crepta sint non occasione motuum Bohemiæ Germaniæque sed centum fere plus annis ante bellum Germanicum: non ex capite grauaminum; cum Episcopus Wormatiensis docere non possit, se circa annum 1618. istorum bonorum possessionem habuisse. At vero

13. Has duas qualitates omnibus casibus debere esse proprias, de quibus cognoscere Deputati velint: neque in eorum potestate esse, alias etiam causas ad petitorum, seu Processum ordinarium spectantes, ad tribunal suum pertrahere.

14. Denique item hanc disertis ver-

bis ad competentem Iudicem esse remissam. Hac formula loquendi Instrumentum Pacis sèpè uti, alii etiam locis: neque tamen hæc tenus cuiquam vel per somnium in mentem venisse, omnes actiones causasque, que eo destinate sunt, iudicio Deputatorum subiicere: verbi gratia, artic. 3. Instrum. Pacis legi, restitutio nem ex capite amnestia intelligi, fieri saluis iuribus quibuscumque coram competente Iudice examinandis. Hæc autem si quis de foro huius Deputationis accipere vellet, cum mira sententia, & deputantium animis protinus contraria, hoc ipsum judicium infinitis litibus & negotiis occupaturum fore.

Habes argumenta amborum, illo tempore magna ostentatione utriusque iactata. Tuum, Lector, arbitrium erit, cui accedere parti velis. Quodsi tamen meam etiam sententiam expetis, mihi Euangelici videntur fortioribus argumentis hanc causam a foro deputationis reieciisse, quam Catholici istam sibi vindicare voluerint: Loquitur enim totus paragraphus manifestò de foro ordinario: At Collegium Deputatorum erat iudicium extraordinarium, ubi non omnes lites aut iura prætensa recipi fas erat; sed quorum restitutio peti poterat ex certo possessionis termino: reliqua iura, quibus merita causarum sive in petitorio, sive possessorio extimantur ad competentem Iudicem & hic, & aliis Instrumenti Pacis locis remissa sunt. Ut adeo hoc so-

nisi de his inter utrumque Principem amicè conveniatur d).

*Guilhelminæ Lineæ masculæ defectus,*

§. 9. Quodsi verò contigerit e) Lineam Guilhelmianam inasculinam prorsus deficere f), superfite Palatina, non modo Palatinatus superior g) sed etiam dignitas Electoralis, quæ

Competens Iudex idem sit quod Ordinarius. Mouere hæc tum temporis adeo ipsos etiam Catholicos, ut breui ab incepto defiterint; re omni paulo post silentio sepulta, & dissimulatione transmissa, quamvis viatos se partis alterius argumentis fateri nollent.

d) Num hoc factum sit interea, de eo mihi non constat. Sane occasio peropportuna esse videtur, duobus hodie Germanis fratribus, hinc Electore possesso; illine Episcopo Wormatiensi actore rem omnem in manu habentibus.

#### §. 9.

e) Hic quatuor proponuntur 1. Palatinatus Inferior cum dignitate Electorali recidivus ad Domum Palatinam certò casu, 2. Ius simultaneæ Inuestiturae, interea temporis Eisdem Domui concessum. 3. Electoratus Oœtaurus expungendus, & 4to actiones & beneficia hæredibus allodialibus Electoris Bauariae reservata.

f) Casus, cum Palatinatus superior cum dignitate Electorali recidit ad Domum seu Lineam Palatinam, est defecitus Lineæ Guilhelmianæ masculinæ, cuius quentus magnam spem, quæ ante

annos non ita multos hominum mentes variis affectibus exercuit, accedit iam secundum matrimonium Serenissimi Electoris Bauariæ, numeroſa sobole mascula felix & secundum: De cœtero accuratam utriusque stemmatis Serenissimi delineationem exhibit nobis prater alios etiam Buckisch ad hunc articulum locumque.

g) Duo itaque redeunt ad lineam Palatinam, Palatinatus Superior & dignitas Electoralis, quæ penes Bauariæ Duces fuit. Et quidem quod ad Palatinatum Superiorum attinet, reddit ille secundum Superiora, 1. totus, 2. una cum comitatu Cham, 3. cum omnibus eorum appertinentiis, regaliis ac iuriis. Dignitas vero Electoralis cum omnibus regalibus, officiis, praecedentiis, insigniis & iuribus quibuscumque ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto. Atque hæc omnia redeunt ad superfites Palatinos. Sed quid si linea Rudolphina prior defecerit? Hic nihil expresse conuentum. Existimo tamen, hoc casu Palatinatum quidem Inferiorem proximis hæredibus & successoribus obuentur: Electoratum vero Oœtaurum pari ratio-

quæ penes Bavariæ Duce m fuit, ad eosdem superstites Palatinos,

H 3

ne & ex mente legis expungendum es-  
se. At utraque linea extincta, manet  
bit quidem dignitas Electoralis, qua-  
iam penes Bauarum est: Sed Impera-  
toris erit arbitrium, cui eam cum vtro-  
que Palatinatu tunc vacuum Feudi no-  
mine iterum conferat: quam tamen ad  
rem Imperator forte consensu Electo-  
rum opus habet, cum restanti momen-  
ti sit, ut absque his arbitris, suo unius  
placito statuere de ea non facile auffus  
fuerit. Apud Ducatum Bauaria hoc  
casu dignitatem Electoralem extingui,  
cui non alia lege iuncta est, quam su-  
perstite linea Guilelmiana masculina,  
nihil dubito. Sed an necesse etiam sit,  
vt, qui dignitate Electorali a Cæsare  
ornatus, utrumque Palatinatum tam  
Inferiorum quam Superiorum accipiat,  
non adeo liquet. Opinor tamen, In-  
feriorum sufficere, cui hæc dignitas ab  
antiquo velut propria est. Superior  
itaque separari & conferri etiam in  
aliam poterit, sed absque dignitate  
Electoralis. Quin eueniens casu ca-  
duci nihil forsitan absurdum diceret, qui  
statuisset, posse Imperatorem ex con-  
silio Electorum dignitatem Electorale-  
m in aliam plane domum transferre:  
vacuas vero ditiones ad Imperium re-  
uersas vel sibi retinere pro subsidio  
tanti oneris ferendi; vel aliis bene me-  
ritis in Feudum dare; qua tamen de  
re vterius cogitandum erit. In iicit

enim scrupulum quendam Aurea Bul-  
la, quæ hoc videtur velle, vt emortua  
domo quadam Electorali, dignitas cum  
prædio ad eum transeat, qui huius  
compos est factus. Consule super hac  
quaestione A. B. cap. 7. §. 3. ibique  
Limneum & alios commentatores.  
Quicquid sit, hæc lex sane ultra nihil  
iubet, quam debere Imperatorem de  
Principatibus eiusmodi prouidere, si  
aliquem illorum sacro Imperio vacare  
contigerit. Cœterum eius arbitrio relin-  
quit, ut de iis prouideat tanquam de re  
ad se & imperium legitime deuoluta. Et  
profecto antiqua, temporumque vicissi-  
tudines, euoluentib' haud operofu erit,  
exempla adducere, non ab vita modo  
gente in aliam; fed & ab una in alia pro-  
uincia vel ditione dignitates Electorales  
fuisse translatas. Sic ipsi Bauari hoū diu  
conquesti sunt. Sic Brunsuicenses & An-  
haltinos Princeps ciudem mutationis  
quandoque sollicitat memoria. Et  
quid multis verbis opus? Dignitas Elec-  
toralis Archidapiferatus cum omni-  
bus regaliis, officiis, præcedentiis, insig-  
niiis & iuribus quibusunque, quæ Pa-  
latinatus Inferioris glebae velut addi-  
cta erat, in Bauarum translatâ recenti-  
tissimum est exemplum. Neque enim  
ego facile eorum sententiam tulerim,  
qui hæc Superioris Palatinatus iura &  
prærogatiwas fuisse, adeoque Bauari  
dignitatem Electoralem hunc prouin-

618

tinos, interim simultanea Investiturā h) gavisuros, redeat i), octauo tunc Electoratu prorsus expungendo l). Ita tamen Palatinatus superior hoc casu ad Palatinos superstites redeat, ut hæredibus allodialibus m) Electoris Bavaricæ, actiones & bene-

cia, eiusque vrbi præcipue Ambergem  
mancipatam, vnaque translatam tradunt: cum potius videant, non modo  
sollicite nimis hæc duo artic. 4. §. 3. se-  
parari; sed & dignitatem illam ante  
Palatinatum Inferiorem concedi: quod  
ordini & rationi repugnaret, si vtique  
Palatinatus ille Superior fuisset velut  
prædium, cui omnia ista iura inherer-  
rent,

h) Secundum est simultanea inue-  
situra, qua Palatini Principes interea  
gaudere debent: quo loco ex superiori  
§. 3. repetendum, præter simultaneam  
hanc inuestituram nihil iuris Electori  
Carolo Ludouico atque eius Successo-  
ribus ad ea competere, quæ cum digni-  
tate Electoralis Bavaricæ Electori, toti-  
que familiae Guilhelminæ attributa  
funt.

i) Redit itaque, quasi postliminio,  
demum ex captiuitate. Neque enim  
de nihilo sunt verba illa, supra §. 3. po-  
sita, quæ habendi modum videntur de-  
finire, cum scilicet dignitas Electora-  
lis & Palatinatus Superior manere iu-  
betur penes Maximilianum Bavariam  
Ducem, eiusque hæredes masculos  
sicut hæc tenus, ita & in posterum. Id  
quod satis superficiarie & contemptim  
dicunt, cum e dignitate fuisse, in re

tanti momenti honestiori juris titulo  
uti, quem pax deinde corroboraret, ut  
cunque ab initio de eo comparatum  
esset,

j) Atque hoc tertium est huius sui  
caput, nimirum Octauus Electoratus  
expungendus post lineæ Bavaricæ  
obitum.

m) Quartum denique est certa re-  
seruatio pro hæredibus allodialibus,  
uti hic habetur. Quæ vero actiones  
& beneficia Hæredibus allodialibus Elec-  
toris Bavaricæ in Palatinatum Superio-  
rem competere possint, mihi non con-  
stat. Buckisch huc refusionem melio-  
rationum referit, quæ sane fructu-  
lum futurarum materies. Sed hoc  
casu Electoribus Palatinis reseruandum  
etiam fuisse, ut, si qua re interea dete-  
rior Palatinatus factus fuerit, damnum  
ipsis etiam ab Hæredibus allodialibus  
resarciret; alias æquo utriusque iure  
non agitur. Considerandum etiam  
an non forte in computum veniat, si  
Palatinatus Inferior annuis fructibus  
foenus non assequatur, quod Dukes  
Bavaricæ ex tredecim illis millionibus,  
quas Cesati pro hac prouincia accepta  
tulere, singulis annis lucrifacere po-  
tuissent. Sed neque hæc placet senten-  
tia, cum hac ratione usus licet &  
ordi-

beneficia , quæ ipsis ibidem de jure competunt n), reserva<sup>a</sup> Neoburgi-  
ta maneat.

ca domus.

§. 10. Pacta quoque gentilitia o) inter Domum Electorā Feudū Ju-  
lem Heidelbergensem & Neoburgicam, à prioribus Impera- liacensias.  
toribus super Electorali successione confirmata , ut & totius  
Lineæ Rudolphinæ Jura , quatenus huic dispositioni contra-  
ria non sunt p), salva rataque maneant,

§. 11.

ordinariae ad sexcenta & quinquaginta  
florenorum millia descendant , cuius  
summæ vix dimidia pars ex prouincia  
illa annuatim colligetur , ut , si quod  
hoc modo minus solnitur , in nouum  
debitum imputari possit , iam diu totus  
Palatinatus nouo fœnore absorptus esset

Postquam hæc ita a me scripta erant,  
confirmatum est mihi a viro fide digno,  
& huius rei gnafo , reseruationē illam  
omnino respicere tredecim illas  
milliones , quārum ſuo 4to mentio  
facta , eamque ob' caufam mutuas  
utrimque contradictiones & protesta-  
tiones in aſta relatas esse : Sed qua ra-  
tione id fieri potuerit , ego plane non  
perspicio , cum Elector Bauariae pro ſey  
hæredibus & successoribus suis ſupra  
totaliter renunciauerit debito trede-  
cim millionum , quæ adhuc diſtinguun-  
tur a prætentione in Austriam Super-  
iorem . Qui autem in genere pro hæ-  
redibus renunciat , is in ſpecie etiam  
pro hæredibus allodialibus renunciat  
ſe creditur .

n) Hoc vocabulum ibidem innueſt  
videtur , hæredibus allodialibus Electro-

ris Bauariae actiones & beneficia non  
in totum Palatinatum competere : Sed  
ibidem tantum , id eft , in res quasdam  
illo Palatinatu comprehenſias . Cœte-  
rum hic quæri poſſet , num inter bene-  
ficia allodialibus hæredibus reſerua-  
ta ſit etiam ius retinendi Palatinatus , do-  
nec illis de prætentis iuribus ſit Satis-  
factum ; id quod mihi non videtur , quia  
Palatinatus ille ita redire debet , ut iura  
& beneficia reſeruata maneant , de quo  
rum præſtatione poſtea , reſtituto Pala-  
tinatu , in diſceptationem veniet quæ-  
ſtio , aſi de iure competent. Nota igitur ,  
actiones ſaltem & beneficia reſeruati  
non ius aliquod in re.

§. 10.

o) Qua iam ſequuntur , domum  
Palatinam ſeorsim concernunt : Veluti  
hic pacta gentilitia inter domum Hei-  
delbergensem & Neoburgicam ſuper  
Electorali ſuccesionē confirmantur ,  
ut & totius Lineæ Rudolphinæ iura .

p) Cui diſpositioni ? Num totius  
huius Inſtrumenti Pacis : an vero ta-  
tum huic diſpositioni de translata di-  
gnitate Electorali atque Palatinatu Su-  
pe-

§. II. Adhæc , si quæ feuda Iuliacensia q) aperta esse, competenti via juris evictum fuerit , ea Palatinis evacuentur,

§. 12,

periori in Domum Bauaricam ? Neque enim tantudem est , utrum dixeris ? Quanquam vero , si rem prese consideramus , posterius videatur , quia pactum proxime erat , ut iura totius Lineæ Rudolphinæ salua rataque manent : cuius specialis dispositionis causa hanc cautionem , gratia Bauari , ut quoquo modo securior fiat , de reens acquisitis adiectam appareat . In vniuersum tamen idem placuit postea artic. 17. §. 3. contra hanc transactionem &c. ubi nulla iura , nulla pacta , nulla pruilegia , & similia contra hanc pacem ut unquam allegentur , aut admittantur , statuitur.

§. II.

q) Quid Palatinis , qua Palatinis , cum Feudis Iuliacensibus ? Scilicet inuestitura Ottonis Comitis Palatini , anno 1230. collata Wilhelmo , Comiti Iuliacensi , quam exhibet Freherus in orig. Palat. part. 2. c. 8. nos docet , Palatinos quondam in Iuliacensi Montenique provinciis plurima posse dilire Feuda directi Dominii iure . Extincta itaque Ducum Iuliacensium mascula gente , cum illa opima hereditas ab aliis cerneretur , qui superstites ultimi Duci filias sibi matrimonio iunxerant , quem situm etiam a Palatinis , predictorum istorum Feudorum Dominis directis fuerat , annon occasu Lineæ masculinæ

vacent ista Feuda atque ad se redire debant consolidanda cum Dominio directo , cuius rei competenti via juris cuincendæ Electori Carolo Ludouico potestas facta est : Quare longe alia fuit hæc controversia ab ea , quæ de successione ipsæ Iuliacensi est agitata : alias contradicere hic Neoburgieus non potuisset , quod tamen factum esse testantur acta apud Lundorpium Tom. VI. lib. 3. c. 166. Post pacem itaque Elector Carolus Ludouicus a Cæsare delegatos petuit , qui de hac causa cognolocerent . Cumque illos statim impetrare non potuisset , inter cœtera grauamina de restitutione sua ad normam pacis Westphalicae , nondum plenarie facta , hoc etiam anno 1651. ad Conuentum Deputationis Francofurtanum retulit . Crediderim , hanc item ideo etiam impeditam fuisse , quod definiri illa vix potuerit indecisa adhuc causa principali de successione Iuliacensi . Hodie , cum linea Neoburgica sucesserit , aiunt omnes hanc item cessare ; Buckisch ad b. l. quod hactenus verum esse existimo , cum utriusque iura ad unam domum peruererint . Sed item omnino sublatam , iuraque confusa esse non dixerim . Nam si euenerint , ut deficiente domo Neoburgica alius in terras Iuliacenses Montenesques , alius

§. 12. Præterea r), ut dictus Dominus Carolus Ludovi-  
cus aliquatenus liberetur onere prospiciendi fratribus de ap-  
pen-  
gium Pa-  
latinum  
pena-

alius vero ex Palatinis , cui cum causa  
Iuliacensi nihil negotii , in Palatinatum  
Infeiorem succederet , non dubitan-  
dum est , quin hæc ipsa statim contro-  
uersia , ob rationem , supra dictam pau-  
latim sopia , recrudesceret statim at-  
que resumeretur : cui præscriptio ali-  
qua opponi ideo non posset , quod age-  
re non valenti præscriptio etiam non  
currat.

## §. 12.

r) Hic de Apennagio Fratrum Ca-  
roli Ludouici agitur , quos habebat  
quatuor , sed qui omnes haec tenus vel  
improles omnino , vel sine legitima ma-  
scula sobole obiere . Pro liberando  
itaque aliquatenus Electore hoc onere ,  
Imperator in se recepit obligationem  
soluendi singulis centum Imperialium  
millia intra quadriennium , ita ut sin-  
gulis annis centum millia omnibus  
quatuor soluantur . Sed huic etiam  
promissioni non esse satisfactum sta-  
tis diebus , tefsis est querimonia in con-  
uentu Deputatorum anno 1651. hanc  
ob rem instituta . De cœtero nomina  
quatuor Fratrum Caroli Ludouici erant  
haec : Primus Rupertus anno 1619. Pra-  
gæ Patre Friderico V. Rege adhuc na-  
tus : qui in Anglia confenuit , & anno  
1682. est mortuus , nullis relictis liberis  
ex legitimo matrimonio , cum vxorem  
nunquam duxisset . Alter Mauritus ,

indivisus Ruperti Comes quad bel-  
lum in Anglia inter Regem & Parla-  
mentum arsit . Sed ab hoc aliquando  
cum classem duceret , tempestate ma-  
ris disiecius , nec pothæc repertus un-  
quam periisse mari creditur . Tertius  
Eduardus , qui Anna Gonzagæ Princi-  
pi nupsit quidem , sed nullos habuit  
masculos liberos . Et denique quartus  
Philippus celebs & Anno 1650. in  
proelio quodam occisus . Tam nu-  
merosa sobole Fridericus V. mortuus  
est ; Cumque Elector Carolus Ludouicus  
sibi Fratrum multitudinem oneri esse  
crederet , quæ firmamenta Domus sua  
reputare debuisset , breui dirigentibus  
Fatis , occasionem aperuit linea Neobur-  
gica sibi inviissimæ ad successio-  
nem . Scilicet & infelici suo matrimonio ,  
cui pellicem super induxerat , &  
sterilibus Filii vnicu Caroli nuptiis , cum  
inter ea Fratres suos variis casibus ami-  
fisset , quorum mortes etiam in lucro  
posuit , res eius tandem eo deuenere ,  
vt ipse moriens quidem hæredem Filiu-  
m adhuc relinqueret : sed amissa iam  
omni spe liberorum suscipiendorum .  
Itaque tandem anno 1685. Carolo  
etiam mortuo , cum vix trigesimum  
ætatis annum expleuisse , Simmerensis  
linea occasus Bipontina aditum ad  
Electoratum fecit , ingenti Euangelicæ  
rei damno , quam deinde Catholicæ Suc-  
cessio-

penagio, Cæsarea Majestas ordinabit, ut dictis suis fratribus quadringenta Imperialium thalerorum millia intra quadriennium ab initio Anni venturi millesimi sexcentésimi quadragesimi noni numerandum expendantur, singulisque annis centena millia solvantur, una cum anno censu quinque decimotuncum computatis.

§. 13. Deinde tota Domus Palatina s) cum omnibus & singu-

cessores contra pacis omnemque fidem Cleri Romani instigatu graviter pressere, & continuo iniurias afficerre. Jo-hanne Wilhelmo Electore imprimis summo studio atque ardore sua reformationis destinata tum promouente, ex quo id scelus sibi persuaderi passus est, nullis se in hoc negotio perficiendo nec publicis legibus, neque pacis suis parentisque prohiberi, quo minus operam det, ut sacra Romana de Evangelicorum religione & conscientiis tota illa regione superbe & contumeliosè triumphant: quamvis ante annos non ita multos & ipse & Parens eius fidem sanctissime dederint, nihil eorum quicquam illo tempore admissum iri. Hoc infortunium, inquam, avaritie Caroli Ludoici morumque eius austeritati atque peruviae debemus, qui si vel Fratribus suis de connubis, Principibus dignis temporis prospexit, vel quem pellici impedit amorem, legitima vxori, quanquam & ipsa commoda satis moribus non esset, consecrasset liberorum suscipiendorum causa, eu- ius opera ratio longe potior omnibus

alii cupiditatibus esse debuerat, multis non se tantum fastidios domi forisque; verum etiam conscientiam suam magno onere, simulque famam tot simistris & pessimis iudiciis, qua virtus moriensque expertus est, liberare potuisset; cum homines nunc merito dubitent, quid comparatis actionibus eius, qua laudari & qua vituperari merentur, de eo statuant potius: quandoquidem prudentiam, qua celebris merito admirandusque erat, vita corruisset tot animi infirmitatibus inquinata præsentium tædio secum nunquam contentus; adeoq; inconstans & novandarum rerum semper cupidus. Sed ante omnia ingenio pertinacissimo, vt quod sibi faciendum in animum duxisset, ab eo revocari nullis consilii potuerit: quanquam mox voti compos factus sapient mutaret, ipsumque protinus tæderet inceptorum, quorum periuincendorum causa paulo ante viæ honorumque disserimen subire non dubitauerat.

§. 13.

s) Existimat recte Buckisch, hoc  
§vo

singulis, qui ei quo<sup>c</sup>unque modo addicti sunt t), aut fuerunt u), præcipue verò ministri, qui ei in hoc conventu aut alias x) operam suam navarunt, ut & omnes Palatinatū exu-

I 2

les

Svo speciem amnestiam pro Electorali Domo eiusque ministris fanciri, quo opus esse vel ideo videbatur, quod in superioribus Palatini non tam ad vniuersalitatem & illimitatē amnestiae fundatum, quale artic. 2, describitur, restituti, quam multis modis contra hoc ipsum in dignitatibus & ditionibus damnum insigne passi sunt.

t) Disputatum fuit ante annos non adeo multos, num his verbis subditi etiam Palatini comprehendantur. Nimirum subditi Palatini hoc se loco defendere contra ius reformati Principis sui volebant, qui negabat, ipsos etiam beneficio restitutio*nis* ex capite amnestiae per Westphalicam pacem vti posse, cum non subditi, sed Principes Palatini sine restituti & quare obiciens illis hunc sum & in specie verba, cum omnibus & singulis, qui ei quo<sup>c</sup>unque modo addicti sunt, quorum numero se etiam esse contendebant, respondit Elector, non licere a specie ad genus argumentari, & illationem a diuersis inconcludentur fieri, adeoque auxilio subditi esse non posse, quod hic de ministris atque exilibus habetur. Sed vereor, vt talem restrictionem horum verborum latitudo admittat. Nominantur enim hic in genere, omnes & singuli, qui Domui Palatini

tinae quo<sup>c</sup>unque modo addicti sunt, quod plus sane comprehendit, quam ministrorum & exulum statum. Nam subditi etiam aliquo modo Principi suo addictos esse, nemo negabit. Ceterum ne dubitatione plane locus esse possit, facit vox præcipue, quæ dum ex omnibus & singulis aliquos, seu demonstrationis seu honoris causa appellat, eo ipso ostendit, hos partem tantum facere totius: nam hic præcipue idem est, ac si dictum fuisset, interque hos specialiter, veluti eiusmodi loquendi formula occurrit artic. 5. §. 25, ibi: interque illa specialiter &c. Sunt haec adeo clara & manifesta, vt non sine ratione quis miretur, quid venire alius in mentem potuerit, rem tam luculentam contradicere, qui si aliis argumentis causam suam tueri nequeunt, sibi melius profecto consulent, vt his etiam abstineant, quorum infirmitate non nisi ludibrium cordatis debent.

v) Nam hi etiam, qui addicti Palatinis ante haec fuerant, interea vero relicti illis, operas suas transcripsierunt aliis, vel priuatim sibi vixere, amnesia gaudent.

x) Domi scilicet militiaque, de quibus infra §. 25. plura inuenies. Nam ad Ministros etiam Palatinos eodem, quo ad alios, iure istius §. vi. 51, Scita pertine-

les y) fruantur Amnestiâ generali suprà descriptâ z) pari cum cæteris in ea comprehensis jure a), & hac transactio- ne b) singulariter in puncto gravaminum c) plenissime.

§. 14.

tinere, mihi quidem extra omnem du-  
bitationem est positum.

y) Qui scilicet occupato ab Hispanis Bauarisque Palatinatu, hostium me-  
tu in voluntarium exilium abidere, aut  
a Cæsare proscripti solum vertere co-  
acti sunt.

z) Supra, i. e. art. 2. & 3. Dicitur autem notanter, *fruantur*: nam si exta-  
ret, *fruantur*, haberet sententia illa maiori-  
tati speciem, cui recens illud inuen-  
tum debetur, scilicet Electorum Prin-  
cipumque Palatinorum causa amne-  
stiam præcipue sanctam esse: Subditos  
ea per consequentiam saltem frui cum  
illis, non vero ex proprio iure, etiam  
contra illos, forte posthæ turbatores  
statum istorum, ex amnestia recuperatum.

a) Per hæc itaque Subditi Palatini  
omnium beneficiorum participes facti  
sunt, quibus cœteri in Imperio Subditi  
gaudere possunt: viuent enim pari cum  
aliis in amnestia comprehensis, iure.

b) Hæc verba iterum evidenter  
probant, post Domum Palatinam hic  
Subditorum Palatinorum imprimis  
agi causam, eisque prospectum fuisse.  
Quid enim rei est Ministris & exuli-  
bus Palatinis cum hac transactio-  
ni qua ipsi etiam sunt inter Vasallos,  
Subditos, ciues, incolas, quos amnestia

complectitur. Scilicet totus articulus  
Vtus de compositione grauaminum  
Ecclesiasticorum duo habet summa  
capita: unum, quod de Statibus imme-  
diatis agit, comprehensa semper libera  
Imperi Nobilitate: & alterum, quod  
subditos respicit, qui contra ius refor-  
mandi præsidium aliquod sunt adepti.  
Illi Domum etiam Palatinam hic in-  
cludit: Hoc Subditos, quorum securi-  
tati tanto magis propiciendum fuit,  
quia confirmatio pactorum gentilitorum  
intet Domum Electoralem Hei-  
delbergensem, Reformatæ religioni  
addictam, & Neoburgicam Catholi-  
cam, super Electorali successione iu-  
stum metum iniicere poterat, futurum  
aliando, quod nunc contigit; ut do-  
mo Neoburgica succedente, conser-  
vante & religio Subditorum diversæ reli-  
gionis a Princeps, iuris reformati  
obtentu, vim patenter contra pacis-  
centium placita. Hinc magna solli-  
citidine prospectum illis fuit: non  
modo enim subditi frui hac transactio-  
ne singulariter, i. e. nominatim debent,  
sed & plenissime; ut intelligamus,  
Electores & Principes Palatinos ex sua  
restitutione nihil præcipue ante alios  
Status Imperii habere, quod ipsis alle-  
gare liceat pro liberiori usu iuris illius  
reformandi. Quare omni fundamen-  
to

§. 14. Vicissim Dominus Carolus Ludovicus d) cum fra-  
I 3  
Viçalitium  
Palatinum

to caret exceptio, Palatinatum Inferiorum cum suis iuribus Electoribus Palatinis respectu Subditorum sine ullo onere & obligatione esse restitutum. Ex hoc loco enim palam fit, restitutio- nem cum hoc onere & obligatione faciam esse, ut Subditi Palatini singulariter & plenissime frui possint transactio- ne in puncto grauaminum: Videtur autem illud singulariter & plenissime adhuc aliud sibi velle: Scilicet reliquis Subditis, qui ex compositione grauaminum contra Dominos suos territoriales agunt, pro norma restitutio- nis & futura obseruantia datus est annus 1624, eiusque quælibet pars. In hoc termino cum Subditi Palatini nihil opis, nihil auxilii habeant, quorum sa- cra ritu reformato composita toto anno 1624. non turbata modo, verum etiam prohibita sublataque penitus erant, Catholicis ex arbitrio omnia fe- rentibus agentibusque: itaque hic singulariter & plenissime restituuntur ad eum effectum, ut statum illum recu- perent, quo ante motus Bohemicos, id est, anno 1618. gauis fuit, cum sine ea ipsis transactio de grauaminum com- positione nullo usui aut folatio futura fuisset. Atque hæc explicatio neces- sario retinenda est, ni dicere velimus, quod nefas, Summos pacientes ver- bis ludibriis misericordia dare: re autem

vera ipsorum bono & securitati future constitueri nihil voluisse.

c) Hæc transactio habetur articulo sequenti sto de grauaminum Ecclesiasticorum compositione, cuius specialis est locus, quod ad Subditos attinet, §. 31. & 32. cum sequentibus.

## §. 14.

d) Obedientia & fidelitas, quam Elector Carolus Ludovicus eiusque Fratres Cæsareæ Maiestati præstare debent, est eiusdem naturæ cum illa, quam cœteri Electores Principesque Imperii præstant. Hoc de iuramento fidélitatis intelligunt, solito præstari, quotiescumque Status Feuda sibi ab Imperatore conferri petunt. De hoc iuramento quæsumus memini, an eius generis per omnia sit, quod Vafallus Domiso Feudi præstat: vel an aliquid ex homagio, vel iuramento subiectio- nis admixtum habeat. Sane Status ultra seruitia & fidélitatem, quam Va- fallus debet, multis aliis respectibus Imperatori obnoxios esse, eiusque mandatis obsequi, quotidiana Iudicio- rum praxis ostendit. Ut in præsentia hac profundius excutiamus, non opus est. Sufficit hic descriptio ad exemplar coeterorum Electorum atque Principum Imperii: quam usus rectius probat ac aliorum subtiles quæstiunculae.

e) Ele-

Balati-  
num. tribus Cæsareæ Majestati obedientiam & fidelitatem sicut cæ-  
teri Electores, Principesque Imperii e), præstet, ac insuper  
Palatinati superiori f) pro se & hæredibus suis , cum ipse,  
tum ejus fratres, donec ex Linea Guilhelmiana hæredes le-  
gitimi & masculi superfuerint, renunciet.

§. 15. Cum autem de ejusdem Principis Viduæ Matri g)  
foro-

e) Electori Carolo Ludouico exem-  
pto sunt coeteri Electores : Fratribus  
eius Principes Imperii. Num itaque  
alia est obedientia atque fidelitas, quam  
Electores Imperatori præstant: & alia,  
quam coeteri Principes Imperii. In  
natura iuramenti eiusque obligatione  
nullum mihi discrimen est cognitum.  
At in ceremoniis & ritibus aliquam  
differentiam inter Electores & Princi-  
pes esse , illorumque Legatos huius  
præstationis causa missos in aula Cæsa-  
ris præcipua quædam habere , lippis  
etiam ac tonsoribus, quod aiunt, Vien-  
nae est notum. Quod si alii adhuc re-  
bus est disparitas & prærogativa , iis  
hac nostra sententia nihil detracatum  
cupimus.

f) Renunciatio in Palatinatum Su-  
periorem temporalis est, donec ex linea  
Guilhelmiana hæredes legitimi &  
masculi superfuerint. Vnde iterum  
hic recurrat quæstio, iam in superiori-  
bus proposita , an Comites Wartber-  
gici, Ferdinando Duce Patre ex impri-  
connubio propagati , inter hæredes  
legitimos Lineæ Guilhelmianæ sint  
computandi ? qua de re nos ad iam

dicta referimus. Est præterea hæ-  
renuntiatio Palatinorum stricti iuris,  
qua comprehendendi non debent, quæ ad  
Palatinatum Superiorem proprie non  
pertinent : quo nomine Elector Caro-  
lus Ludouicus recte vindicavit Praefec-  
turam Barchstein cum ciuitate Wei-  
dena, eiusque territorio, quæ separata a  
dicto Palatinatu bona fuere inter belli  
tempora , Duci Neoburgico a Cæsare  
concessa, ut eorum quasi curator esset,  
donec lis super causa Palatina , fuisse  
composita : quo facto Elector Palati-  
nus sibi eorum restitutionem, vi amne-  
stia uniuersalis & illimitata faciendam  
esse contendebat. Tandem de re ita  
transactum, ut Elector Carolus Ludo-  
nicus Neoburgico hæc bona , aliquot  
Imperialium millibus empta in feudum  
daret, cuius respectu hic belli temporis  
equites triginta sex, ad militiam  
aptos , seruiti causa Electori mittere  
teneretur.

§. 15.

g) Mater Caroli Ludonici erat  
Elisabetha, Iacobi I. Regis Angliae filia,  
non postrema motuum Bohemicorum  
causa & flagrum : quæ confecto bello  
nun-

fororibusque h) præstante vitalitio, & dote constituenda i)  
men-

nunquam rediit, sed apud Batavos ve-  
luti in exilio vitam finivit.

h) Sicuti Ele<sup>c</sup>t<sup>o</sup> Carolus Ludouicus quatuor fratres, ita totidem etiam sorores habuit. Ex quibus prima Elizabetha Abatissam Heruordia<sup>e</sup> egit, doctissima sui temporis femina, & bonarum literarum Patrona eximia, & quas non ingenio tantum, sed & opibus ornauit, quantum Eius facultates patiebantur. Fauebat in primis Philosophia Cartesiana, quod nostra aetate ratiuum, & fere miraculum, cum huic Philosophiae subtiles & profundi recessus præstantissimorum etiam virorum ingenia exerceant atque fatigent. Altera foror appellata est Ludouica Hallandina, a Rege Gallia prædicta Abbatia donata, postquam religionem Catholicam Romanam euramat Reformatorum sacræ, amplexa fuisset. Tertia Heinrica Maria iuniori Ragotzio Principi nupserat: & quarta denique Sophia minimæ natu, Ernesti Augusti Ducis Brunsvicensis vxor, nunc haeres definita cum suis liberis ad Magnæ Britanniae solium, ex quo populus Anglicanus, abdicatis Catholicis Successoribus, post Wilhelmi Regis & Annae Reginae mortem hoc vicium adhuc inter Protestantenses Principes fulcimentum habuit, quo regni salutem, & securitatem religionis firmaret. Si Carolus Ludouicus aut liberos ipse reliquis

set, aut fratribus fuisset, autor adiutores, ut operam huic rei legitimo & honesto modo darent, nunc sane domum suam ad summum tota Europa fastigium evchere potuisset, Rex & Elector in posteris futurus; magnumque præterea rei Euangelicæ solamen & præsidium. Sed tantas spes tantaque decora domus sue partim avaritia corrupit, partim vero intempestiuis amoribus, quorum causa legitima eius coniux amplexibus mariti perpetuo abstinuit, arbitris & conciliatoribus omnia operam perdentibus, ut coniuges ad cordiam reducerent atque sociarent, quorum animæ semel a se intuicem alienati, stupenda utriusque duritie & contumacia posthac nunquam in honesti debituque ordinem redigi potuere, ineffabili Catholicorum gaudio, quibus dissidia illa spem dabant occupandi Palatinatus Inferioris iusto titulo, & sine sumptibus periculisque, cum id ante vi & armis frustra moliti fuissent.

i) Vitalitum seu alimenta præstabunt Viduæ Matri: dos constituebatur sororibus. Sunt autem vitalitum proprie alimenta annua, quæ liberi in illustribus familiis, successione honorum nacta, Matri viduæ debent. Hic Imperator subleuando aliquantum Electori viginti millia imperialium de suo ære promittit: non vero annua, sed ut una solutione se in perpetuum

mentio injiceretur l), pro benevolo Sacrae Cæsareæ Majestatis in Domum Palatinam affectu, promissum est, dictæ Viduæ Matri pro victalio semel pro semper viginti thalerorum Imperialium millia, singulis autem sororibus dicti Domini Caroli, quando nuptum elocataæ fuerint dena Thalerorum Imperialium millia, nomine suæ Majestatis exsolutum iri: De reliquo vero ipsas idem Princeps Carolus Ludovicus satisfacere teneatur.

§. 16. Comites in Lainingen & Daxburg m), sæpe dictus Dominus Carolus Ludovicus ejusque successores n) in Pala-

tuum liberet. Idem sororibus singulis decem millia soluenda recepit, sed tum demum præstanda, quando nuptum elocataæ fuerint: de reliquo ipsis Carolus Ludovicus Elektor tenebatur satis facere.

l) Scilicet inter tractatus pacis. Onerata enim multis modis restitutio Caroli Ludouici erat, cui dum totus Palatinatus Superior cum Comitatu Cham adimitur, alenda interea relinquebatur Mater Vidua, itemque Fratres & Sorores, quibus præterea nuptiaris constituenda dos erat. Itaque postquam a Bauaris impetrari nihil potuisse, subuenit Imperator, eamque in rem fere ad quingenties imperialium millia promittit, atque hoc, scuti dicitur, pro benevolo suo in Domum Palatinam affectu. Sed gratis non fuisset data, is facile intelliget, qui secum reputabit translatione Palatinatus Superioris in Bauaros Imperatorem se ære alieno tredecim millionum liberasse, simulque Austria Superiore recuperasse,

que pignoris loco ab his tenebatur.

§. 16.

m) Buckisch causam huius paragaphi constituendi refert in Comitatum Rixingensem a Comite Philippo Welterburgio venditum Adolpho Iohanni Palatino, unde acerrimæ inter utramque partem alterationes de contractu bona fide non ubique adimpléto. Nobis, qui exactam totius rei cognitionem non habemus, placet cum paragapho nostro generaliflare dispositioni, ne Carolus Ludovicus eiusque Successores Comites illos Leiningenes atque Daxburgenses villa in re in Palatinatu Inferiore turbet.

n) Sed quos hic Successores intelligimus. Num omnes Lineæ Rudolphianæ, Palatinæ, qui Successionis spem habent; an illos tantum, qui revera succedunt post obitum illius. Illud verius videtur. Quod si vero cui hoc potius placuerit, contra hanc legem non peccasse videretur. Dux Bipontinus

Palatinatu Inferiori o) nulla in re turbet, sed jure suo à multis retrò sœculis obtento, & à Cœsaribus confirmato, quietè ac pacifice uti frui permittat.

§. 17. Liberam Imperii Nobilitatem p) per Franconi-  
am, Sueviam & Tractum Rheni, cum districtibus appertenentibus q) in suo statu immediato inviolatè relinquat.

§. 18. Feuda etiam r) ab Imperatore in Baronem Ger-

K

ar-

nus Alfonsus Iohannes, qui anno 1669, ob caufam Rixingensem Comitem Ludouicum Eberhardum armis est aggressus, eumque, occupato vi hostili eius castro Oberbraun, eo angustiarum redigit, ut periculoſo ſaltu e fenſtra pedibus ſalutem quærere fuerit coactus. Posthaec Comites nonnulli Leiningenses in clientelam & protectionem Regis Galliaæ concreſcere, molestiasque exinde creaue non exiguaſ cum Electoribus Palatinis ipſis, Gallorum opibus ſubnixi, tum etiam cœteris Comitibus agnatis ſuis, qui in fide & ditione Romano Imperii conſtanter permanſere: Uti teſtantur multi libelli memoriales, in Comitiis Ratisbonenſibus hinc inde exhibiti, e quibus nonnulli typis etiam publice vulgati ſunt.

o) Num igitur extra Palatinatum Inferiorum turbare illos poterit? Comites enim Leiningenes etiam in Alſatia & fortasse alibi poſſident bona. Existimari id multo minus licere, adeoque mentionem Palatinatus Inferioris ideo tantum factam, quod Eleſtori Carolo Ludouico ibi facilius

ſuppetat potestas turbandi Comites illos.

§. 17.

p) Nobilitas immediata hic intelligitur, cui ob caufam Wildfangiatus, quo prætextu iura etiam territorialia iſtorum Nobilium peti videbantur, a Palatinis grauiā multa & indigna perpetienda erant.

q) Districtus hic aut loca significant unde singulae tribus vel Collegia appellationem habent, veluti Odenthal, Stergerwald &c. vel territrium, Nobilibus proprium. De illis nemo valde controuerſit, vel quæſionem Status illis quo ad personas mouet. De hoc vero lites frequentiores ſunt, quia territoria Nobilium plerunque in territoriis Statuum Imperii ſita ſunt, quos volunt præſumptionem profe habere, omnia quæ in territorio ſunt, eſſe etiam de territorio eorum, adeoque ſibi ſubiecta, niſi exemptio doceatur. Sed hoc probationis genus Nobilibus, potentia inferioribus difficile admodum & impeditum eſt, in tanta Principum facilitate tuendi ſua.

§. 18.

r) Apud tractatus Pacis haec res dif-  
ficul-

ardum de Waldenburg, dictum Schenckhern, Nicolaum Georgium Reigersperger, Cancellarium Moguntinum, & Henricum Brömser, Baronem de Rudesheim: item ab Electore Bavariae in Baronem Joan. Adolphum Wolff, dictum Metternich collata, rata maneat. Teneantur tamen ejusmodi Vasalli Domino Carolo Ludovico, velut Domino directo ejusque successoribus juramentum fidelitatis praestare, atque ab eodem feudorum suorum renovationem petere.

§. 19. Augustanæ Confessionis consortibus s), qui in pos-

ficulitate non caruit, cum Electori Palatino res indigna videretur, eos sibi vasallos invito obrudi, qui consilia sua operamque contulerant in se suisque fugandis & excludendis ab omni restituitione. Deinde cum declinare omnino hoc onus non posset, Caesareis Bauarisque, dona sua rata firmaque ut maneat, persistentibus, propositum a Svecis fuit, ut intrusi isti noui Vasalli Electori quidem a pacientibus cum effectu aliquo commendarentur, sed nulla eorum mentio in Tabulis Pacis fieret. Sed hoc etiam medio reiecto de illis statuendum hoc separato paragrapho fuit, nescio, an e pacientium ipsiusque pacis dignitate, qua cum non satis conuenit, priuatorum hominum emolumenta, per bellum aestus, artibus non usquequaque egregii honestisque pacta inter publicas curas & pacis leges referre.

S. 19.

s) Quæ hoc sp̄ho in favorem Lutherorum conuenta sunt, quia uno

ab omnib⁹ intellectu non accipiuntur, accuratori paulatim consideratione digna esse videntur. Primo igitur nomine Augustanæ Confessionis Consortium hic venire proprie adictos Lutheranis sacris, extra dubium est. Atque de his duo in primis statuuntur, (1) ut illis, qui in possessione templorum fuere, seruetur Status Ecclesiasticus anni 1624. (2) ut ex eis desideratur liberum sit Augustanæ Confessionis, ist est, Lutheranæ exercitum publicum priuatumque: absque tamen definitione certi status, qui assignari eis ideo non potuerit, cum nullam eius possessionem vel ante bellum, vel in bello docere poterant. Scilicet ad Succorum potissimum intercessionem atque instantias hic paragrapus compositus est, qui restituent Elektoris Palatini hoc velut præmium gratitudinis loco volebant videri absolutisse, ut sacris Lutheranis apud Reformatum Principem hiberorem usum impetrarent, quando paulo ante Luth-

theranorum in Silesia Austriaque res, quas constantia sua seruare integras, aut saltem ad meliores conditions redigere facile potuissent, aduersa admodum conscientie suæ fama Pontificis aliquot centum millibus aureorum turpissime vendidisse feruntur.

Nota etiam, hoc loco nomen Augustanae Confessionis Consortium sine ullo alio adiecto, Lutheranis tribui sensu paulo angustiori, ut Reformatos non comprehendat, quos in significatio latiori alias includit, quando quidem isti etiam Augustanae Confessioni se associari cupiunt, neque amplius adeo difficiles illos experiuntur, uti ante hæc fuerant cœco odio in Reformatos, & prauo affectu confessorum fuarum, quibus si quis per omnia non subscriptisset, ex foris propediem pacis civilis & Ecclesiasticae haberetur, cum non cogitassent, tam pernitosia diuisione eorum, qui secum contra communem hostem animis verbisque stare parati erant, maximas sibi opes & auxilia demi: Pontificis vero non potentiam modo augeri, verum etiam addi fiduciam diuīs vnum post alterum opprimendi. Rectius itaque post-hæc sapuere, quando oblatæ occasione gnaniter restiterint Turbatoribus suæ pacis, & multis egregiis documentis testati sunt, quanquam sibi per omnia in sacris non conueniat, non esse tamen causam, eur aduersariorum insidiosæ confilia ingratis mutuis dissensionibus adiuuent. Habemus huius unionis

in signia exempla, quorum vnum alterumve afferre non abs re fuerit. Cum enim ante annos aliquot Catholicos non puduisse scriptum quoddam Euangelicorum arguere erroris, vel non accuratae satis locutionis ex eo, quod ibi duarum saltem religionum, in Imperio receptarum mentio facta fuisset, intemperitu monitu, cum tres omnino eorum sententia sint, se pati non posse ut duæ pro vna venditentur. Repugnat enim strenue ab Euangelicis, Catholicisque, in os dictum, se non magis pauciros, ut Ecclesia Euangelica propter dissensiones quasdam intellitinas in duas diuidatur religiones aliorum ludibri, quam Catholicis suam laturi essent disacerari religioforum Ordinum disceptationibus, inter se tanta animorum contentione sepe exercitis, ut sibi inuicem hæresium etiam crimina haud raro imbergerint: cui rei confirmanda plurima etiam loca ex recessibus Imperii allegata, quæ non nisi duarum religionum mentionem iniiciebant. Alterum exemplum, idque non minus illustre sicut nobis Lista illa, seu designatio locorum, que Galli sub clausis Ryswicensi, articulo quarto pacis inserta, comprehensa volebant hæc fini, ut religio Catholica illis locis remaneat. Ibi cum Reformati odioso nomine Calvinistarum perpetuo Augustanae Confessionis Consortibus, per quos Lutheranos designabant, opponerentur, res in concilio Euangelicorum, prævia matura deliberatione,

ventilata, factumque unanimi consen-  
tu decretum est, ni Minister Gallicus  
exhibita sua Lista omnes Augustanae  
Confessionis consortium nomine com-  
pleteeretur, se Listam illam pro ac-  
cepta non habituros, sed redhibituros  
fore. Neque esse cur aliqua suorum  
distinctione attineretur. Hanc enim  
rem Euangelicis cura fore: sui muneri-  
s esse, ut declaret, quibus Euangelico-  
rum locis existimet religione Catholicae  
statum deberi. Atque hoc eo value-  
re, ut Plenipotentiarius Gallicus, con-  
sulta Aula sua, eaque probante refige-  
re Listam, deletisque ubique Calvinis-  
tarum nominibus, Euangelicos  
omnes una Augustanae Confessionis  
consortium appellatione comprehen-  
dere nihil dubitauerit. Tertium de-  
nique exemplum aequem memorabile  
suppeditat controverson illa, inter  
Euangelicos Status & Electorem Palati-  
num de iure reformati agitata in-  
genti studiorum utriusque partis feru-  
re. Sane enim ibi quo maiorem Elec-  
tor in scriptis suis diligentiam semper  
adhibuerat, ne vila data occasione  
obliniseretur trium in Imperio reli-  
gionum tanquam Euangelicis ea men-  
tione ægre facturus; eo maius studium,  
maioremque consensum ipsi etiam  
contulere, ne apud se Reformatorum  
vel Lutheranorum nomina amplius  
audirentur. Et si utique inter illos  
non nunquam pro rei exigentia indi-  
candum discrimen fuit, placuit lo-  
quendi potius formula de duabus par-  
tibus unius Confessionis, qua signifi-

cabant, non quidem omnibus adhuc  
conuenire per omnia: Omnes tamen  
Augustanae Confessionis esse socios,  
& mutuo recipi, cuius vniōnem qua-  
rundam opinionum divergiis solvi ini-  
quum sit, & a Catholicorum etiam in-  
stitutis alienum. Et profecto ratio-  
nem res habet. Nam iisdem argu-  
mentis, quibus vtuntur Pontificii Scri-  
ptores excusandis suorum controverson-  
sis, vt vnius Ecclesiae vel Confessionis  
vnitatem seruent, iisdem vti Euange-  
lici etiam possunt retundendis adver-  
sariorum cauillis: nisi cui forte in-  
mentem veniat diuersitatem ex eo pe-  
tere, quod Pontificii omnes opiniones  
suas iudicio Ecclesiae Catholicae sub-  
mittant, cuius visible caput sit Ponti-  
fex, in quo dissentientes etiam vniā-  
nuntur. Sed & Euangelici ex vtraque parte  
Ecclesiae vere Catholicae, non tamen  
illi Romanæ, sua diuersa placita non  
dubitant submittere, cuius summum  
caput & arbitrus cum sit Christus, is fa-  
ne qui in sensu Spiritus eius acquiesce-  
re paratus est, postquam meliora doctus  
fuerit, etiamsi in opinione quadam er-  
ronea adhuc verletur, non existimandus  
erit ab Ecclesiae Evangelicæ vnitate  
descriuisse.

Hoc tamen nostro paragrapho, vt  
ante diximus, appellatione Augustanae  
Confessionis Consortium intelliguntur  
Lutherani, qui rursus duorum sunt ge-  
nerum: alii in possessione templorum  
fuerunt; alii non. De vtrisque quid sit  
statutum, videbimus.

t) Sed

possessione t) templorum u) fuerant, interque eos civibus & Incolis Oppenheimensibus x) servetur status Ecclesiastico-

K 3

cus

t) Sed quo tempore? cum illis seruari status anni 1624. debeat, credo hoc etiam anno ipsos oportuisse in possessione templorum fuisse. Enim uero fieri potuit, vt etiam ante annum 1624. in possessione fuerint: cuius status si idem, nihil refert: sive diuersus, sive pinguior fuerit sive deterior, ille anni 1624. sequendus est. Qui vero anno 1624. nullum statum habuere, et si postea aliquem adepti sint, illos haec dispositione nihil iuuat, cum pertineant ad eos, qui numerantur inter ceteros id desiderauuros.

u) Sed quid si in possessione templorum non fuerint, fuerint autem in possessione bonorum Ecclesiasticorum aliorumque iurium? Forte tales nondantur, quia de his nihil cautum. Vt cunque sit, ob paritatem rationis idem foret dicendum. Quid si in possessione templorum & bonorum simul? His in utrisque seruari statum anni 1624. praxis & usus docuit. Quanquam enim hic solummodo possessionis templorum fiat mentio, quia tamen illis totus status Ecclesiasticus anni 1624. seruari debet, bona omnino in computum venient, si idem eorum status fuisset.

x) Horum fuisse alium statum anno 1624. sub Hispanis, aliumque a tempore, cum Sueci, pulsis illis, recuperarent Palatinatum, ex libello me-

moriali conflat, quem Oppenheimensium nomine exhibuit Conuentus Osnabrugensi anno 1647. mense Ianuario Wolfgangus a Gemmingen. Alibi haec res ita narratur. Ante motus Bohemicos Lutheranos Oppenheimii neque templum in urbe illa possedisse, neque percepisse viros redditus. Anno demum 1622. vero, cum bello omnia iam in Palatinatu arderent, mortuo Inspicatore & Pastore Primario loci, altero vero (uterque sectabantur reformatam religionem) qui Diaconi munere fungebatur, Bremane euocato, Lutheranos illic degentes, quos respectu Saxonis Electoris, auspicio Cæsaris secuti, Catholicis mitius habebant, tum primum religiosis sua Pastorem, Plaustrarium nomine, constituere ibi ausos esse qui templum Diue Catharinæ sacrum (St. Katharinen Kirchen) in suos usus vertit. Sed huius munus non integrum triennium durasse, cum anno 1625. reliquo oppido iterum ad stationem suam priorem, quam Zwingenberg ante haec obiuerat, se receperit. Postea confecta pace, Oppenheimenses quidem vi huius paragraphi, in dictum templum, anno 1624, possessum restituendos fuisse: sed Electorem Carolum Ludovicum egisse cum illis, ut hoc templum sibi cederent,

civis-

cus y) Anni millesimi sexcentesimi vigesimi quarti z), cæterisque a) id desideraturis b), Augustanæ Confessionis c) exer-

eiusque loco Fanum S.ti Sebastiani haberent, assignatis simul certis redditibus, autisque mox Carolo Electore, quos anno 1624. nullos omnino ibi posledisse constabat, ut haec permutatione Lutherani non lefi modo vlla in re non fuerint, quibus templum pro templo datum; sed Principum liberalitate lucrum etiam senserint, adiecis fructibus ex vino, frumento atque numerata pecunia, cum Fanum Catharinae vacuum ipsi, absque yllis emolumenatis, sicut illud anno 1624. possederant, recipiendum fuisset.

y) Itaque ad politica hæc conuenitio non pertinet. Sed quæ sint proprie Ecclesiastica, & quæ Politica, cum in eo non omnes conueniant, communis sequenda opinio in sensu huius loci erit, quamvis inueniantur, qui rationibus non contemnendis plurima ad Politica referre incipiunt, quæ vulgari errore, Pontificiorum artibus primum stabilito, inter Ecclesiastica numerantur.

z) Quæ causa, eum Reformatis subditis in Palatinatu Status anni 1618. seruandus sit, cui Lutheranis alius fuerit datus? Falluntur, qui hoc odio eorum aut præiudicio factum esse putant. Ante motus enim Bohemicos aut nullo omnino statu Lutherani in Palatinatu gaudabant: aut sane precario atque

incerto gauisi sunt. Sed pulso Friderico V. cum Cæsarei ditionem omnem occuparent, Catholicæ quidem religione maximus honor est habitus, dataque potissima præmia: enim vero Lutheranam proorsus exturbatam ideo nolebant, ne, ut antea dixi, Electorem Saxonem offendarent, cuius foedere & auxiliis Imperator post Hispanos Bauarosque præcipue nitebatur. Inde Lutheranis ab hoc tempore occasio data stabiliendæ suæ religionis dissimulatio Catholicorum: quanquam hì diligenter prouiderant, ne nimis inuaseretur, concessis nonnullis ad famam magis, quam magnam utilitatem. Quare eum annus decimus octauis illos nihil iuaret, recurrendum ad illum necessario fuerat, qui maxime illis commodare posset.

a) Inter cæteros hic intelliguntur illi, qui anno 1624. in possessione templorum non fuere. His cum status nullus seruari posset, quia nullum habuere, Augustanæ Confessionis exercitium liberum esse debet.

b) Suis tamen sumptibus & impensis: vnde iudicium & aestimatio merito est penes Principem, an qui desiderant suæ religionis exercitium, eo sint numero & facultatibus, vt non modo nomen Ecclesiæ mereantur; verum etiam

exercitium, tam publicè in templis ad statas horas d), quam priua-

etiam necessitatibus sufficient ad onera ferenda, tuendamque dignitatem.

c) Id est, Lutheranæ, secundum supradicta.

d) Quæsitum fuisse memini, quorum tempora his verbis designantur, an Reformatorum: an quæ Lutheranæ sunt propria? Qui illud voluere, contendebant, hoc loco Lutheranæ potestatem factam publici exercitii suæ religionis in omnibus Reformatorum templis: cuius rei afferendæ causa duo habebant præcipue argumenta. Primum quod supra actum fuerit de Lutheranis, qui in possessione sunt propriorum templorum: ergo eccleros desiderostros publicum exercitium in templis opponi superioribus, atque intelligendos esse de iis, quorum desiderii, dum propria tempora non habent, satis faciendum est templis Reformatorum. Et secundum, quod hic eis exercitium concedatur in templis ad statas horas, quæ formula loquendi proprio ad coercitum spectet, cum Lutheranis in suis templis de tempore horis que statis legem nemo dicere velit. Sed qui in contraria sunt opinione, elegant præxim post pacem, ipsorumque Lutheranorum iudicia, quibus tam enormis, & summo præiudicio Reformati futura interpretatio hactenus ne quidem in mente venerit. Adhac mentionem etiam fieri, aiunt, priuati exercitii in ædibus propriis ant alienis,

quo Lutheranis opus nullo tempore esset, si in omnibus Reformatorum templis sacra ipsis suo more facere licet, præsertim cum vicinos verbi diuinæ Ministros huic operæ adhibere possint. Atque huic sententia vt ego etiam subscribam, hoc potissimum mouetur, quod Lutherani, cum ante annos aliquot ingentem grauaminum suorum molem contra Reformatos in Palatinatu summo ad conflandam inuidiam studio confarcinarent, nulla re praetermissa, quam existimabant idoneam esse accusationibus de iniuriis sibi factis, hoc tamen genere criminationis abstinerint, procul dubio id non facturi, præcipue tam acribus intentoribus similitudinem, si modo ex Instrumento Pacis sibi ad talia postulata vel prætextum suppeteret censūfissent. Neque obstant rationes paulo ante in contrarium adductæ. Respondeo enim ad primum, non sequi, quia circa annum 1624, aliqui in possessione templorum fuere, ergo eccleros Reformatorum tempora patere debere. Illorum enim hæc saltem est prærogativa, quod eis status seruetur quo dicto anno tempora possederunt, cum his, si exercitio publico vti velint, noua sint ædificanda. Quod vero secundo ad statas horas attinet, ad ordinem refero, vna in ciuitate inter duos diversarum religionum sectatores vitandæ confusionis

cau-

priuatim e) in ædibus propriis , aut alienis ei rei destinatis  
f) per suos aut vicinos verbi divini Ministros g) peragere  
liberum esto h).

§. 20.

causa obseruandum, Scilicet quoties ad sacra facienda audiendasque con-  
ciones homines conueniunt, plerum-  
que moris est, vt statis horis signum  
campana ad id detur. Ne itaque se-  
turbent diuersis signis , placuit vno  
tempore hoc omnibus simul dari, cum-  
que id ex conuento fiat , ea res neutri  
fraudi esse potest. Aut si hæc senten-  
tia minus atridet, explicare poteris id,  
quod de statis horis dicitur, de publico  
exercitio in templis, quod semper statis  
fit horis, cum Pater familiæ suis in ædi-  
bus magis sui sit arbitrii ; quamvis non  
abnuam , hic etiam præstare statum  
tempus seruari , præsertim si vicino-  
rum, vt si, ratio sit habenda, quos ne  
incertis vicibus , & tadio expectationis  
nostræ fatigemus, caritas iubet , omni  
ostentatione potior.

e) Occasio hic esset examinandi,  
an definitio hoc loco tradatur publici  
& priuati exercitii religionis, dum scili-  
cket illud in templis fit , hoc in ædibus.  
Sed cum infra artic. 5. §. 31. eadem de  
re ex professo agendum sit, has medi-  
tationes tantisper differimus.

f) Itaque ad priuatum exercitium  
nihil interest , propriez an alienæ ædes  
hic destinentur. Sed cuius erit, ædes  
illarum sacræ Lutheranis destinare : num  
Principis ? an illorum, qui desiderant

illud exercitium ? Inscio vel neglecte  
Principe hæc incipi non oportere, ob-  
seruantia & officium Subditorum sua-  
det : electionem autem loci , modo  
publicæ rei nihil referat, iis liberam  
relictam censeo , quorum causa sacra  
instituuntur.

g) Nam qui alere suis stipendiis eos  
non possunt, facultatem habent e vicin-  
ia conducendi,

h) Igitur agendi libertas in his  
omnibus datur. Interea vero hæc  
ipsa libertas ultra concessa non est ex-  
tendenda. Quare cum hoc paragra-  
pho Consistorii proprii ius Lutheranis  
non sit datum , improba cupiditas &  
ambitio quorundam nuper fuit , qui  
factis querelis falsisque criminationi-  
bus se ab inspectione Ecclesiastici Sena-  
tus in Palatinatu , motis superis infer-  
risque eximere sunt conati , pessimo  
totius rei Evangelice exemplo. Pariter  
de baptismo , de copulationibus,  
aliisque faciendo quæstui comparatis  
artibus hoc loco nullum verbum. In-  
terea de illis rebus tantum bellum in-  
ter Evangelicos est conflatum præva-  
ricatione & malitia duorum hominum,  
quorum memoriam posteri etiam  
damnabant, vt Reformatori res in-  
cendio isto iam conflagrant , non  
long diuturno Lutheranorum gaudio,  
quos

§. 20. Princeps Ludovicus Philippus i) Comes Palatinus Rheni recuperet omnes ditiones l) dignitates & jura in sacris & profanis m), quæ ipsi à majoribus ex successione & divisione n) ante tumultus bellicos obvenerunt.

§. 21. Princeps Fridericus o) Comes Palatinus Rheni, quartam partem vestigalis Viltzbacensis, Cœnobium quoque Hornbach cum pertinentiis, & quicquid juris parens ejus p)

L

ante

quos & numero, & autoritate, & legum denique auxilio longe inferiores communis hostis faciliter corripit atque dissipabit, postquam de illis plene triumphatum est: cum forte ambo, unitis animis & consiliis, tueri se rectius potuissent, clauso Catholicis aditu ex concordia, quem inter eorum dissidia primum apertumque habuit ad alteram partem opprimendam.

§. 20.

i) Hic fuit Friderici V. Electoratus Frater iunior, cuius ratio in translatione Electoratus ab Ferdinando ideo habita non est, quod motibus Bohemicis implicitus, legionem in exercitu contra Cæsarem duxisset.

l) Ducatus Simmerensis hic præcipue intelligitur, qui pace Osnabrugensi confecta huius Principi 1653. in Comitiis solenni investitura est collatus, Obiit etiam huius posteritas, qua salua Neoburgici succedere non potuissent.

m) Dignitates intelliguntur Comitum Palatinorum; iura vero, quæ eiusmodi dignitates comitari solent: inter quæ ipsum ius successionalis in

Electoratum suo ordine: tum iurisdictionalia in sacris & profanis quoad ditiones, in quæ restitus est.

n) In illas itaque ditiones restitutur, quæ ante tumultus bellicos ipsi iam obvenerant ex successione & divisione a majoribus: quorum singularium noticia me iam desistui ingenue fateor: nisi quod meminerim, controversiam illi etiam fuisse de Principatu Laurensi, demum in Comitiis Ratisbonensis compositam, uti ex recessu patet.

§. 21.

o) Hic Fridericus ex Bipontina Linea, qui in Parentis possessiones restitutus.

p) Iohannes scilicet IV. Bipontinus, qui vniōni contra Ligistas nomen dedit, adeoque cum reliquis eandem fortunam expertus est. Inter alia a Cæsare contra ipsum decreta anno 1628 iniungebatur illi etiam restitutio Abbaticæ Hornbach, quam Elector Treuirense repetebat. Sed hanc pace Filius eius Fridericus recepit, uti & quartam partem vestigalis Witzbacensis.

q) Sci-

ante hac ibidem habuit ac possegit, recipiat & respectivè re-tineat q).

§. 22. Princeps Leopoldus Ludovicus r) Comes Palati-nus Rheni restituatur penitus in Comitatum Veldentz ad Mo-sellam, tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, contra omnia haec tenus attentata s), in eum, quo Anno millesimo sexcen-tesimo vigesimo quarto ipsius parens fuit, statum.

§. 23. Controversia t), quæ vertitur inter Episcopos re-gime

Controver-sia ratione  
Kitzingen.

q) Scilicet quorum damnum per iniurias bellorum non fecerat: ex quo patat, hunc non omnibus bonis exu-tum fuisse.

§. 22.

r) Hic est ille, qui Comitatum Vel-dentia ad Mossellam habuit, in quem nunc restituitur. Hoc singulare, quod, cum reliqui Principes Palatini in sua restituantur eo statu, quo ante motus Bohemicos vel tumultus bellicos fuisse, huic soli datus sit status anni 1624. Causam adhuc quæro, neque inuenio: nisi forte sit, quod ante istum annum nihil fuerit mutatum, aut melior causa Ducus Veldensis hoc anno etiam con-tra ipsos agnatos suos. Coeterum hic est ille Princeps, qui post pacem Ne-magensem multos annos Argentorati exul vixit, a Gallis tota ditione pulsus, quod iuramentum ipsis dicere recusas-set. Obiit tandem ibidem, atque mox tota eius propago defecit. Vnde lis inter Regem Suecia, eum Ducem Bi-pontinum, agnatum proximum, & Electorem Palatinum Lineæ Neobur-

gica, qui nomine Fidei commissi bona ista fibi vindicauerat.

s) Hispani enim occupauerant prouinciam, in quorum fauibus iacebat, propinqua adeo vrbe munitissima Lutzenburgo. Hodie eandem ob rationem Galli leges, quascumque volunt, dicere Veldensibus possunt, quamquam recuperato Trarbacho liberiori aura videantur frui, remotis paulum pace Rysvensi Gallis, ne per officiales suos continuis mandatis premere colla miserorum subditorum possint. Sed præpotens & infida vicinitas facit, ut metus nunquam ab sit.

§. 23.

t) Hæc controversia exemplum est summa iniuriæ, qua iuris dicundi specie Consilium Imperiale Aulicum Mar-chiones Brandenburgicos affectit non vna vice. Extant multa & prolixæ scripta Principum Onoldinorum, qui bus causam suam luculenta iustitia tutati sunt. Sed cum hodie lis omnis transactione sit sopita, renouate inanæ querelas nihil opus est. Mea senten-tia

& tivè Bambergensem & Herbipolensem ac Marchiones Brandenburgicos, Culmbachi & Onoltzbachi de Castro, Oppido, Præfectura & Monasterio Kitzingen in Franconia ad Mœnum, aut amicabili compositione, aut summario juris processu terminetur intra biennium, sub pœna perdendæ prætensionis imponenda tergiversanti, interim dictis Dominis Marchionibus restituatur nihilominus foralitium Viltzburg in eum statum, qui tempore traditionis descriptus fuit ex conventione & promisso.

tia apud tractatus pacis a Domo Brandenburgica Onoldina in duobus maxime erratum: primo, quod consenserint, ut hæc controvrsia summarioris processu vel amicabili compositione intra biennium terminaretur sub pœna perdendæ prætensionis, imponenda tergiversanti: quibus termini angustiis ab Herbipolensi manifesta calunnia sunt circumventi, Aulici Iudicij prævaricatione: quod fieri non potuisse, si cause terminandæ nulla dies constituta, aut saltem nulla pœna tergiversanti irrogata fuisset. Deinde, quod Monasterium Kitzingense excipi ab hoc summario iudicio non curauerint, quod a Marchionibus Brandenburgicis anno 1624. prima die Ianuarii absque contradictione possessum secundum artic. 5. §. 25. quacunque monasteria &c. restitui propediem debuisset, omni lite super eiusmodi causa finita. Sed illud imprudentissimum omnium fuit, quod Onoldini inducere passi sint, ut hanc litem coram Iudi-

cio Aulico instruxerint, vbi Euangeli-  
cos tot experimenta hacenus monue-  
re, ne res suas his ludicribus commit-  
tant, apud quos causa cadere eos semper oportet, Catholicis aduersariis,  
etiam Iustitiam ipsam sibi adisten-  
tem in foro haberent. Interea si cui  
libet, summariam sibi noticiam com-  
parare huius litis, & qua perueritate  
malitiaque cum Marchionibus Onoldi-  
nus actum fuerit, is adire Limneum  
poterit *Iur. Publ. Tom. I. & II. addit.*  
*lib. 5. c. 7. n. 72.* vbi non modo singula  
fere verba huius paragraphi summa  
dexteritate & prudentia excusa inue-  
nit, pro vero atque genuino totius  
cause sensu: verum etiam stupebit ad  
rem incredibilis impudentię, dum  
contra ius fasque veteratoria sententia  
Onoldinis, qui de omni diligentia fi-  
nienda cause docere poterant; perpe-  
tuum silentium est indicum, quod  
imponi ex lege Herbipolensibus, mani-  
festæ tergiversationis coniunctis debuis-  
set. Sed & lector hoc commodi ex  
dicto

Württenber-  
gica Domus  
quid habere  
vel recipere  
debeat.

§. 24. Domus Württenbergica u) maneat quiete in recuperata possessione Dinastarum Weinsberg / Neustadt & Meckmühle. Restituatur etiam in omnia & singula sæcularia atque Ecclesiastica bona & jura inter hos motus ubicunque possessa , interque illa specialiter in Dynastias Blaubeuren, Achalm & Stauffen cum pertinentiis , & sub prætextu pertinentium ad eas occupatis bonis, cum primis civitate & territorio Göppingensi atque pago Pflumeren , redditibus Universitati Tubingensi pię fundatis. Recipiatur etiam Dynastias Heidenheim & Obernkürch, itemque civitates Balingen, Tuttlingen, Ebingen & Rosenfeld, nec non arcem & Pagum Neidlingen cum pertinentiis , tum Hohenweil x), Hohenasperg, Hohenrauch, Hohen Tübingen, Albeck, Hornberg, Schiltach cum civitate Schorndorff. Restitutio etiam fiat in Ecclesiastis collegiatas Stuttgard, Tübingen, Hernberg, Göppingen, Bachnang, nec non in Abbatias, Præposituras atque Monasteria Bebenhausen, Maulbrun, Anhausen, Lorch, Adelberg, Deckendorff, Hirschau, Blaubeuren, Herprechingen, Murhard, Alersbach, Königsbrun, Herrenalb, Divi Georgii Velchenbach, Pfullingen & Lichtenstern sive Marien Cron, & similia, cum omnibus documentis ablatis, salvis tamen & reservatis Domus Austriacæ , nec non Württenbergicæ in

supra

dicto Limnei loco reportabit , quod ibi velut compendio designata habeat alia scripta , que hanc in causa ab utraque parte prodiere, tuendis vniuersi iuri bus , & iniurii alterius palliandis.

§. 24.

u) Huius restitutioi Austriaci pri-  
mum multa impedimenta obiecere,  
cum dynastias aliquas sibi vindicarent  
ex antiquis titulis , ac præterea munifi-  
cissimam arcem Hohentweil demoliri

tam vellent. Tandem vero Dux recuperauit omnia , & plenissime restitutus fuit , saluis quidem & reseruatis pro Domo Austriaca prætensis iuribus & actionibus , sed & vice versa pro Württenbergica , exceptionibus & remedis atque beneficiis iuris quibuscumque.

x) Hunc locum, quem Württenber-  
gici nunquam toto bello amiserant,  
quomodo hic recipere potuerunt, sæ-  
pius quæsui. Plerique existimant,

tex-

supra dictas dynastiæ Blaubeuren , Achalm & Stauffen prætensis juribus , actionibus , exceptionibus & remediiis atque beneficiis juris quibuscunque.

§. 25. Principes quoque Würtenbergici y) Linæa Mompelgardenis restituantur in omnes suas ditiones in Alsatia vel vbi cunque sitas , & nominatim in duo feuda Burgundica Clerval & Passavant,& ab utraque parte redintegrentur z) in eum statum, jura, prærogativas ac in specie ad eam immedietatem a) ergo Romanum Imperium, qua ante initium ho-

L 3 rum

textum hic non satis accurate loqui: postulatis pro demolitione tandem desisterint , pari aestimatione habere vellet , acsi Duces arcem recipiunt. Sed & hæc explicatio non caret ἀκογονίᾳ.

y) Hitempore belli in protectione Gallorum agebant , qui arcem Montis Peligardenem praesidio insederant ad regionem defendendam contra Hispanorum iniurias , qui ex vicina Burgundia eam saepè incurritabant. Pace confecta , Galli praesidium confessim deduxere , atque Princeps redux omnes ditiones suas recuperauit.

z) Hæc verba ambigua esse videntur. Nam illud ab utraque parte vel significat ab utraque belligerantium parte , vt Cæsarem cum suis federatis ab una ; ab altera vero parte Coronam Suecicam itidem cum suis adhaerentibus intelligas : vel notat vniuersum nomen Würtenbergicum , cuius unam

partem Linæa Wurtenbergica , & alteram Mompelgardenis conficit , vt sensus sit , vtramque redintegrandam in statum pristinum esse. Quæ explicatio nobis etiam probatur ante illam: quia si prior sensus haberet locum , restituantur potius , quam redintegrentur , dicendum fuisset , cum hoc verbum ad subiectum propriè referat , quod passum est detrimentum suis in iuribus , adeoque redintegratione opus habet , cum qui damnum dedit , refarcire illud magis videatur.

a) Vno omnium consensu hæc verba non minus ad Dukes Würtenbergicos , quam Principes Mompelgardenes trahuntur : imo vero illorum potissimum causa ita conuentum fuisse ait , quod Status immedietas Ducum Würtenbergiorum post transactionem Cadumicam vocatus a quibusdam in dubium fuerit : a qua sententia Limneum ne quidem transactio Pragensis , anno 1599. cum Rudolphi inita dimouere potuit : quod mirum , cun

rum bellorum gavisi sunt, & qua cæteri Imperii Principes ac status gaudent vel gaudere debent b).

§. 26. De causa Badensi c) hoc modo conventum est; Fridericus d) Marchio Badensis & Hochbergensis, ejusque

cum ibi clarissimis verbis omnis respectus feudalis erga Domum Austriam abolidus, Ducatusque ad naturam primariae institutionis & investituræ reductus fuerit quasi postliminio. Sed hoc loco Instrumenti Pacis, ubi *immediatas* expressa mentio fit, omne dubium est sublatum, prefertim cum ista immediatas de Ducibus Wurtenbergensibus talis prædictetur, quali cœteri Imperii Principes & Status gaudent: qua demonstratione cauillis omnibus occasio præclusa est.

b) Hoc *gaudere debent*, non alio videtur spectare, quam contra illos, qui impedimento sunt quibusdam Status, quo minus plena immediatas gaudent. Itaque ne Hi sic impediti pro exemplo allegari possint, non actris modo fructuoris habetur ratio, sed & iuris fruendi, si nihil obstat: vt hoc modo plenissima immediatatis delineationem aut descriptionem factam esse constet,

§. 26.

c) Exercuit hæc etiam causa Conventum Monasteriem atque Osnabrugensem diversis studiis, neque post Palatinam villa fuit, quæ maioribus animorum astibus sit agitata. Plane enim invito Durlaceno ita conuentum, du-

bus Coronis has leges ferentibus, quas ille sub exitum demum pacificationis ratihabunt. Summam litis vide sis apud Historiam Pacis & in arcana Pas- cis Westphalicae. Confer etiam Bu- eckische & Obrecht ad hunc locum; Nostrum enim propositum his media- tionibus est non tam, ut repetamus, quæ centies ab aliis iam dicta sunt; quam ut dubiis, quæ partim obscuritate verborum aut orationis enata sunt: partim vero Sycophantum quorundam malitiosis cauillis nugi- que prater rem mouentur, explanan- dis operam demus. Atque hæc causa est, eur lector in plerisque huius articuli reliquis paragraphis, qui maxime historici sunt, prolixam commentatio- nem a nobis non expectare debeat, cum narrationem factorum ex publicis actis aliquique Scriptoribus sibi com- parare facile possit.

d) Fuit hic filius Georgii Friderici, cuius hic fit mentio, & qui a Ferdinandio Imperatore post infelix ad Vim- penam proelium proscriptus, & pace Pragensi ab amnistiâ exclusus in exilio vitam finiit, cum Friderico filio regi- men suarum prouinciarum cessasset, antequam causam Palatini, tueri- suscepit. Sed neque huic datum

con-

filii, & hæredes, cum omnibus, qui iisdem quocunque modo inservierunt e), aut adhuc dum inserviunt, cujuscunque nonminis aut conditionis sint, gaudent & fruantur suprà articulo 2. &c. 3. descripta Amnestia cum omnibus suis clausulis & beneficiis ejusque vigore restituantur plenissime in eum statum in sacris & profanis, in quo ante exortos Bohemiarum motus fuit Dominus Georgius Fridericus Marchio-Badensis & Hochbergensis, quoad Marchionatum inferiorem Badensem, qui vulgo sub appellatione **Baden-Durlach** venit, itemque quoad Marchionatum Hochbergensem, tum etiam quoad ditiones Rottelen, Badenweiler, & Saullenberg, non obstantibus, sed annullatis f) quibuscumque interim in contrarium factis mutationibus. Deinde restituantur Marchioni Friderico Praefecturæ Stain & Renhingen absque onere æris alieni, interea temporis à Marchione Guilhelmo contracti, ratione fructu-

Badensis  
causa & de  
ea con-  
ventio.

concessis quiete frui, cum Cæsareani secunda fortuna, qua ipsos ubique comitabantur, elati abdicationem Patris, in fraudem Constitutionum Imperii factam, contendenter. Ideoque dictus Fridericus non modo Marchionatum Superiorem, festinata Iudicij Aulici sententia, amisit; verum etiam auctoritis possessionibus est pulsus, variaque posteri forte vius pro belli vicissitudinibus, donec illud in Germania duravit. Tandem vero reducta pace, in eum statum hic restituitur, quo ante excitos Bohemiarum motus fuit.

e) Quemadmodum supra §. 13. pro domo Palatina omnibus eius asieclis & quocunque modo addictis specialis amnestia constituta est maioris securi-

tatis causa, quod Cæsareani longe diu que hanc domum generali amnestia comprehensam noluissent: ita ex parte ratione hic cum Durlacensibus actum, ne cum tempore aduersariis propter eiusmodi contradictiones occasio esset negandi, istam, & sectatores eius amnestia comprehensos fuisset.

f) His verbis non modo tolluntur, que ab excitis Bohemiarum motibus sive iuris specie, seu transactione illa Etlingensi, aut quocunque alio modo in Politicis sunt mutata: verum etiam religioni prospicitur, cui edictum illud Ferdinandum sicut aliis locis, ita hic etiam magnum præiudicium attulerat. Vnde Durlacensis etiam eodem, quo Palatini, modo in grauaminibus Ec-

ele-

um, interesse aut sumptuum per transactionem Ettlingæ Anno Domini millesimo sexcentelimo vigesimo nono initam, dicto Guilhelmo Marchioni Badensi celsæ cum omnibus juribus, documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota illa actio sumptuum ac fructuum perceptorum & percipiendorum cum omni damno & interesse à tempore primæ occupationis numerando, sublata & penitus extincta sit. Annua quoque pensatio ex Marchionatu inferiori, Marchionatu superiori pendit solita, virtute præsentium penitus sublata, annullata & annihilarata sit, nec eo nomine quicquam vel de præterito vel de futuro in posterum unquam prætendatur vel exigatur. Alterentur etiam in posterum g) inter utramque Lineam Badensem, inferioris scilicet & superioris Marchionatus Badensis, præcedentia & Sessio in Comitiis & circuli Suevici, aliisque universalibus vel particularibus Imperii aut quibuscumque conventibus, pro nunc tamen eadem præcedentia h) penes Marchionem Fridericum, dum superstes erit, permanente.

Hohen-Gerolseck.

§. 27. De Baronatu Hohen - Gerolseck i) conventum est,

clericis a statu possessionis anni 1624. sunt exempti, omniaque simili-  
citer in sacris ad eam formam redacta,  
quam ante motus illos habuere: ita vt  
Catholicis in Marchionatu Inferiori  
atque Hochbergensi, omniisque eius  
parte, ex possessione anni 1624, actiones  
pro restitutione aut retentione de-  
negentur.

g) Hæc alternatio in Comitiis &  
aliis Contentibus Imperii diligenter  
seruatur, vt vna vice Marchionatus Su-  
perior Baaden, alteraque item  
Inferior, Baaden Durlach, ad senten-

tiam dicendam enocentur. Marchio-  
natu Hochbergensi posteriorem sem-  
per post hos locum obtinente.

h) Itaque quādiū Marchio Fride-  
ricus vixit, ille potiōri semper loco fuit.  
Defunctus est ite anno 1659, adeoque  
res ad alternationem redit.

i) Marchio Fridericus ducta quar-  
tum in matrimonium Anna Maria Ge-  
rolseckia hunc sibi vindicabat Baro-  
natū, quod Iacobo Patre huius Annæ  
Mariae sine mascula prole decedente,  
succedere filia deberet in Feudum fö-  
mini-

est, ut si Domina Principissa Badensis prætenſa sua Jura in di-  
cto Baronatu documentis authenticis ſufficienter probaverit,  
reſtitutio ſtatiſt poſt latam deſuper ſententiam fiat cum omni  
cauſa, omniq[ue] Jure, vigore documentorum competenti.  
Cognitio autem hæc finiatuſt à die duplcatæ pacis infra bien-  
nium. Nullæ denique actiones l), transactiones, vel exce-  
ptiones, generales vel ſpeciales clauſulæ in hoc Instrumento  
Paciſ comprehenſæ (quibus omnibus per expreſſum & in per-  
petuum vigore hujus derogatum fit) ab una vel altera parte  
ullo unquam tempore contra hanc ſpecialiſ conventionem  
allegentur vel admittantur.

S. 28. Dux de Croy m) gaudeat effectu generalis Amic- Dux d.  
ſtia, neque protecſio Regis Christianiſſimi fit ei fraudi, digni- Croy.  
tatis, privilegiorum, honorum, bonorum aut ullo alio reſpe-  
ctu: quiete quoque poſſideat eam Domini Vinſtingen par-  
tem, quam Majores ſui poſſederunt: prout nunc à Domina  
ma-

mininum. Sed cum Imperator illud inter motus Germaniæ in Comitem Croneburgium, ſummum Vigilarum Praefectum ob egregia belli merita anno 1634. contulſet, hic conuentum est de reſtitutione, ſi Principiſſa Baden-ſi jura ſua documentis authenticis ſufficienter probaverit. Quanquam vero hæc lis infra biennum a tempore publicataſ pacis finit debuerit: nihil tamen horum factum niſi quod allo- dialia, inter quæ etiam Dynaſtia Lohr fuit, poſt iura ad liquidum deducta impetrauerit. De ipſa vero ditione Gerolſeck obtinenda, ipſi Marchiones Durlacenses poſtea animū adeo deſpondere, ut poſthac, Comite Crone-

burgio prolis habendæ ſpe deſtituto, in Comitiſ prætentibus libello me- morial expectationem ſibi dari petie- rint in compensationem dannorum, nupero bello Gallico perpeſſorum.

l) Hæc clauſula ſaluatoria huius ſpecialis conuentionis an ad hanc fal- tem paragraphum pertineat, vel proxime præcedentem 26. ſimul complecta- tur, dubitari potest. Hoc mihi videtur, cum hic etiam paragraphus 27. ad cauſam Badensem ſpectet, que velut in duas partes eſt diuīſa.

S. 28.

m) Quoniam Dux iſte in protecſio- nem Regis Galliæ ſe dederat non ſine offenſa Caſaris Ferdinandi, ideoque etiam

matre sua dotalitii nomine possidetur. Juribus imperii, quoad dictum Dominum Vinstingen in eo statu, quo fuerunt ante hos motus, salvis permanentibus.

Nassau  
Siegen.

§. 29. Quod controversiam Nassau Siegen n) contra Nassau Siegen attinet, cum res hæc per commissionem Cælaream Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio ad amicabilem compositionem sit remissa, reaffirmatur e jusmodi commissio, & tota lis vel amicibili compositione, vel iuridica sententia, coram competenti judice decidatur; Comite Joanne Mauricio de Nassau, ejusque fratribus absque ulla turbatione pro suis quotis duntaxat in apprehensâ possessione manentibus.

Nassau  
Saræpon-  
tan.

§. 30. Comitibus Nassau Saræpontanis o) restituantur omnes eorum Comitatus, Dynastie, territoria: homines & bona

etiam speciali amnestia cautum ipsi fuit. Quod ad Dominum Vinstingen attinet, quem & Rheingrafi participant, constituitur, vt in quieta possessione eius partis maneat, quam maiores sui habuerint: & prout nunc a Matre eius dotalitii nomine possidetur.

§. 29.  
n) Hæc controvercia integris editis scriptis in ynam alteramue partem multos annos ventilata, neque composta adhuc est, Principe Catholicó Agnatos suos Euangelicos in Aula Cæfarea, feruore religionis multis modis superante. Statum causa breuiter hic recenset Buckisch. Huius decisio feré tota pendet a questione, an Testamentum Iohannis Medii Sigeris prius, quo de primogenitura disposuit, altero postea condito ruptum fue-

rit? Est adhuc sub iudice lis, coram Aulico Iudicio varie versata; quod tamen multis vicibus haud obscura indicia dedit, quid Euangelici Principes sibi expectandum habeant a litis cunctu, si sententia ferenda eslet.

§. 30.  
o) Restitutio Comitum Nassouium ad Saræpontem contra Ducem Lotharingiæ in primis decreta est, qui potissimum harum ditionum partem ex occasione occupauerant, dum scilicet anno 1629. Camera Spirensis lata sententia, pro Lotharingio pronunciasset, cuius deinde reuisionem Saræpontani petebant. Ita autem convenit de restitutione, vt saluum sit revisorium, cuius prosequendi facultatem sibi Lotharingius petebat. Sed res omnis exitu caruit, Caroli Lotharingici

bona Ecclesiastica & sacerdotalia, feudalia & allodialia nominatim verò Comitatus Saræpontanus & Sarwendanus integri cum omni causa, ut & fortalitium Homburgi cum tormentis bellicis, mobilibusque ibi repertis; Salvis utrinque respectivam ratione Anno millesimo sexcentesimo vigefimo nono, septimo Julii, per sententiam ad judicatorum in revisorio, quam aliis etiam de illatis damnis p) competentibus juribus actionibus exceptionibus & beneficiis Juris juxta Leges Imperii determinandis, nisi partes potius ament amicâ transactioñem rem componi. Salvo etiam jure, quod Comitibus de Lainingen-Daxburg q) in dicto Comitatu Sarwendano competere potest,

M 2

§. 31.

gici incredibili vecordia & obstinatione, qui nulla ratione adduci potuit, vt occupatis cedere, re Superioribus , & his etiam Comitiis , nec non in Conventu Deputationis Francofurtensi, multis prætextibus in perpetuum , nec sine manifesto ludibrio extracta, donec Galli interuenere ultimis motibus, qui capto Homburgo Lotharingios quidem deiecere , sed propterea ditiones non resiliuerunt Imperio, Camera Mentensi illas Regi addicente reunionum nomine. Nupera pace restitutum quidem Homburgum , sed omnibus munimentis nudatum ; qua ratione saltem Lotharingici possessione excidere.

p) Supra artic. 2. in publicata annessionia constitutum fuit, ut omnes & singule hinc inde tam ante bellum quam in bello verbis scriptis aut factis illate in-

iurie, violentie, hostilitates, damnatione, expensa, absque omni personarum rerum respectu ita penitus abolitur sunt, ut quicquid eo romine alter aduersus alterum pretendere posset, perpetua sit oblitione sepultum . Quia igitur nunc ratione hic competentes actions & iura de illatis damnis utimque reseruantur ? Dicendum est, damna quorum hic fit mentio, aut alterius generis ab illis esse , quæ articulo 2do nominantur : aut pacientibus speciales fuisse rationes, de quibus mihi nondum constat , cur exceptionem hic admiserint idoneam fouendis litibus in hac causa.

q) Iohannes Nafsoyius , Iohannis Ludouici & Catharinae Sarwendane filius tertius cum coelebs supremis tabulis heredes agnatos suos scripsisset

Alber-

Domus  
Hanoica.

§. 31. Domus Hanoica r) restituatur in Praefecturas Bo-  
benhausen, Bischofschein am Steeg & Wilstatt.

Solm.

§. 32. Joannes Albertus s) Coines Solmensis in quadran-  
tem Oppidi Buzbacensis & quatuor pagos t) ad jacentes resti-  
tuatur.

Ienburg.

§. 33. Itemque restituatur Domus Solms , u) Hohen-  
Solms in omnia bona & iura sibi Anno millesimo sexcentesimo  
trigesimo septimo adempta, non obstante transactione de-  
super cum Domino Georgio Landgratio Hassiae postea facta.

§. 34. Comites de Ienburg x) gaudeant Amnestia gene-  
rali supra artic. 2. & 3. descripta, salvis tamen juribus y) Domi-  
no

Albertum atque Philippum, præterita  
sorore germana, Emiconi Comiti Lei-  
ningensi nupta , cuius Mater Comita-  
tum Sarwerdanum in gentem Nassou-  
ianam prima intulit , ex ea re Comites  
Leiningenses, hac Catharina prognati  
se etiam in item Sarwerdanam inter-  
ueniendo immiscuere.

§. 31.

r) Quoniam hac etiam Domus pace  
Pragensi exclusa fuerat, ideoque nomi-  
natum eius fit mentio , vti & plurimum  
aliorum, qui sequuntur.

§. 32.

s) Huius causam Landgrauius Haf-  
so Darmstattenis difficilem fecerat,  
quod eius ditiones occupasset belli tem-  
pore sub Cæsar's auspicio , cum Johan-  
nes Albertus Senior , Magnus Au-  
lae Palatinæ Præfектus cum Friderico V.  
proscriptus fugatusque esset. Restitut  
diu Darmstattenis, titulo onerofo has

sibi res comparatas esse dicens. Sed  
pace alter placuit.

t) Isti sunt Gridel/Gambach/Holz-  
heim & Dorffgute.

§. 33.

u) Hic vniuersa Domus Solmensis  
in omnia bona & iura restituitur , quæ  
anno 1627. aucupio Darmstattenis  
amiserat , non obstante transactione,  
quam iniquis temporibus cum Georgio  
Landgratio facere coadi fuerant.

§. 34.

x) Hi cum iam in Comitiis Ratis-  
bonensis anno 1642. certa cum  
Darmstattenis inita , & a Cæsare con-  
firmata transactione Comitatum suum  
recuperassen, pagis saltet tribus cum  
dimidio exceptis , & reseruata Darm-  
stattenis expectativa ; restitutione  
non opus habuere, sed saltet gaudere  
iubentur amnestia generali , qua mu-  
niendi ideo fuerunt, quod eos Cæsar  
Fer-

no Georgio Landgravio Hassiae vel cuivis tertio contra eosdem, ut & contra Comites de Hohenlohs competentibus.

§. 35. Rheingravii<sup>z</sup> in suas Præfecturas Troneck & Wil<sup>. Rhein-</sup>  
denburg, itemque Dynastiam Marchingen cum pertinentiis &<sup>Grafen.</sup>  
cætera omnia Jura a vicinis usurpata, restituuntur.

§. 36. Vidua Domini Ernesti<sup>a)</sup> Comitis Saindensis resti<sup>. Sain.</sup>  
tuatur in eam possessionem arcis, oppidi & Præfecturæ Ha-  
chenburg cum pertinentiis, ut & pagi Bendorff, in qua fuit  
ante destitutionem, salvo tamen jure cuiusvis.

M 3

§. 37.

Ferdinandus Iesæ Maiestatis & fractæ  
pacis damnasset, vniuersis corum bonis  
Darmstattenſi donatis, qui ipſi in bello  
hau contemnendam operam naua-  
uerat.

y) Isenburgij quidem apud Tracta-  
tus Westphalicos vehementer petiere,  
vt omnis transactio, cum Darmfatten-  
ſibus inita rescinderetur, quod iniuria  
temporum & necessitate ea sibi extorta  
eſſet. Sed impetrare illud non potuere,  
vt nominatim eius rei mentio fieret.  
Ex memoriali tamen, quod anno 1674-  
menſe Maio in Comitiis exhibuere,  
conſtat, anno 1649. delegatos ex circu-  
lo Superiori Rhenano declaratoria  
quadam ſententia illam transactiōne  
reſcidisse, & reſtitutionem in omnia  
ſibi erepta fieri iuſſisse: id quod pleris-  
que locis factum etiam fit.

§. 35.

z) Hi apud Imperatorem Ferdinandum  
ingens odiū incurruerant, in  
exercitu Svecorum militantes, vbi  
etiam ſummos ordines affecuti sunt.

Hic reſtituentur in suas præfecturas &  
omnia iura, a vicinis usurpata. Inter  
vicinos autem illos longe moleſtissi-  
mus erat Carolus Lotharingia Dux,  
inquieti ingenii Princeps, cuius perui-  
cacia etiam factum, vt Rheingraui vix  
decennio post conuentam pacem ple-  
narie reſtitui potuerint, Galia Rege  
ad Statuum intercessionem, officium  
ſuum interponente, cuius fortioris  
Imperiis Dux tandem parere est co-  
actus.

§. 36.

a) Hanc post obitum filii Eius Ele-  
ctor Colonensis eo nomine omni di-  
tione ipolauerat, quod Feudum illud  
extinctis masculis ad fe deuolutum  
contenderet, negante Vidua, & Feudi  
ſeominei naturam Filiarum gratia alle-  
ganente, a quibus etiam anno 1636. man-  
datum de reſtituendo impetratum.  
Sed silentibus inter arma legibus, res  
usque ad Pacis Tractatus extracta, vbi  
decreta reſtitutio, sed ſaluo cuiusuis  
iure.

§. 37.

Falcken-  
stein,

§. 37. Castrum & Comitatus Falckenstein, b) restituatur ei, cui de jure competit. Quicquid etiam juris Comitibus de Rasseburg cognominatis Löwenhaupt/ in Präfectoriam Bretzenheim, feudum Archiepiscopatus Coloniensis, nec non Baronatum Reipoltzkirch in districtu Hundersrück sita, competit, id eis cum omnibus juribus & appertinentiis salvum sit.

§. 38.

S. 37.

b) Causam huius litis vide apud Buckisch hoc loco, Scilicet Soror Emiconis, Comitis Falkensteinii, Sidonia, nupserat Alexio Löwenhaupt/ Comiti de Rasburg, genere Sveco. Quæ etsi fraterna hereditati pro se hereditibusque suis solenni iuramento renunciasset, atque ante Fratrem diem obiisset: posteri tamen eius, captata occasione ex dissidio, quo Comiti Wilhelmo Wirichio Falkensteinio cum Duce Lotharingia Carolo intercede- bant, ius suum in Comitatum illum vindicare non erubuerunt, negotium imprimis promouente Comite Manderscheidio, qui Sidonia Falkensteinia & filio Stenone Löwenhauptio neptem vxorem duxerat, ac proinde Comitum de Rasburg causam atque prætensionem in Comitatum Falkensteinium, quam a prædicta Sidonia arcebat, suam etiam fecerat. Inde Wilhelmus Wirichius ad Lotharingium, velut directum Dominum, in jus vocatus, atque sententia anno 1646. lata damnatus est, Comitatu Löwenhauptiis ad iudicato. Quamvis vero Falkenstei-

nus ab hac sententia ad quemcunq. Superiorum prouocasset, suasque querelas ad Conuentum Osnabrugensem, vbi negotium pacis illo tempore maxime ferebat, detulisset; nihil tamen super hanc decisum, sed conuentum saltem est, vt castrum & Comitatus Falkenstein ei restituatur, cui de iure competit; recte ad hæc verba notante Obrechtio, singulari plane loquendi formula pacificatores vsos, cum lis circa rem aliquam mota definiri ita non possit, cum hoc ipsum sit, quod inter Partes controvexitur. Sed feruor Svecorum in Löwenhauptium popularem suum, qui saltem iudicio Caroli Lotharingici causam hactenus obtinuerat, effecit, ne ipsum officiis plane deflitterent: inde media via placuit, vt sententia, in foro Lotharingico pronunciata hic neque rescinderetur, neque etiam confirmaretur: Sed vt suum cuique ius integrum maneret, postea utrumque debito loco prosequendum. De cetero manxit Falkensteinius in possessione, donec Manderscheidius Comitatum vi inuasit, subditosque coegit, vt in verba sua iurarent. Vnde in

§. 38. Restituarunt etiam Domini Waldeck c) in possessionem vel quasi omnium iurum in Dynastia Dedinghausen & pagos Nordenaw, Lichenscheid, Defeld & Nidern Schlaidern, prout illis Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto d) gavisa est.

Waldeck.

## §. 39.

in Comitiis Superioribus querelæ eius ad Ordines delatae, de quibus libellum memoriale vide apud Lundorpium Tom. 6. p. 926. Tandem Falkensteinius fatigatus aduersariorum iniuriis, cum interea filium unicum, columen familie suæ amississet, totum Comitatum cum omnibus iuribus & appertinentiis Carolo, Duci Lotharingico vendidit, qui Manderscheidio iterum pulso, contulit filio suo naturali, Comiti Valdemontio. Neque tamen sic etiam res quietæ fuisse. Cum enim post pacem Neomagiensem longe maxima pars prouinciarum Imperii trans Rhenum a Gallis reunionum nomine opprimeretur, Löwenhauptii, compendium ex his turbis suum factuti, adeunt Metensem Cameram, atque ibi deducunt suis iuribus impetrant, vt in Falkensteinium Comitatum immitterentur, quod anno 1681. factum, Lotharingio frustra obnitem, qui Ducatu suo ipse etiam fugatus ad Austriacos exultanti iterat. Quid post pacem Ryswicensem actum sit, me latet, nisi quod nuper audiuerim, Comites Löwenhauptios denuo mouere se; veteresque suas prætensiones renouare.

§. 38.  
c) Waldeccii hic non tam restituuntur in loca ipsa, hoc paragraphe non minata; eorum enim possessionem ope Svecorum recuperauerant; quam in possessionem iurum, quæ illis Paderbornenses Praesules dubia facere sunt conati.

d) Cum igitur anno 1624. litigiosa haec iura essent, Paderbornensis ius clientelare obtendentibus, ideoque hic paragraphe sponre omnem controuersiam non potuit: de qua anno demum 1668. transactum fuit, hæ lege, vt Waldeccii totum Comitatum controuersum iure proprietatis plenissimo, & fine vlo nexu feudali haberent cum iure suffragii in Comitis Imperii & conuentibus circutaribus, dum maiuscula eorum stirps supererit; Ea vero extincta, vt integer Comitatus ad Paderbornenses redeat, solutis viginti millibus Imperialium filiabus ultimi Comitis, quæ retinere possessionem poterunt, donec ista pecunia numerata fuerit.

## §. 39.

c) Hic etiam, quod pace Pragensi amicitia exclusus fuisset ob nimium

in

Ottingen.

§. 39. Joachimus Ernestus Comes Ottingensis e) in omnia Ecclesiastica & secularia, quæ pater ipsius Ludovicus Eberhardus ante hos motus possidebat, restituatur.

Hohenloh.

§. 40. Item Domus Hohenloica f) in omnia ipsi ablata, præcipue Dynastiam & Weickersheim: itemque in Cœnobium Scheffersheim g) absque omni exceptione, in primis retentionis h) restituatur.

Löwenstein  
& Wertheim.

§. 41. Fridericus Ludovicus Comes de Löwenstein & Wertheim i) in omnes suos Comitatus & Dynastias, quæ tempore hujus belli sequestratæ, confiscatæ, aliisque cessæ fuerunt, in Politicis, & Ecclesiasticis restituatur.

§. 42. Ferdinandus Carolus Comes de Löwenstein & Wert-

in Suecos studium, nominatum hoc loco restitui debuit aliorum exemplo.

§. 40.

f) Horum Comitum, nominatum restituendorum par ratio: militareant enim Suecis contra Imperatorem.

g) Fortassis hoc cœnobium edictum Ferdinandum etiam complexum fuerat; quanquam huius causa rectius ad artic. 5. §. 25. pertinet, vbi cœnobiorum, anno 1624. possessorum longe maior securitas, quam si ex amnestia restituatur, quod iuxta artic. 3. §. 2. non aliter sit, quam saluis quorumcunque iuribus.

h) Nam qui Comitum Hohenloicorum terras locaque occupauerant, magnas impensas in illas fecisse dicebantur. Cum igitur iure communiretatio rei ob factas eiusmodi impensas licita sit, ne restitutio impediretur, exceptioni retentionis renunciandum

fuit. Queritur vero, an etiam per id sumptuum repetendorum actio sublata fuerit? Nihil hic decisum est: ideoque standum censeo iis, quæ leges in communi super tali causa decerunt.

§. 41. &amp; 42.

i) His duobus paragraphis restitutio Comitum Wertheimensium discernitur diuerso modo. Primus enim castra Suecorum secutus fuerat: Alter Ferdinandus Carolus Cæsari fidem & seruitia præstabat, cuius Camerarius atque Consiliarius Aulicus erat. Quia igitur ille contra Imperatorem a Suecis: Hic contra Suecos ab Imperatore restituendus fuit, ideoque causæ eorum diuersis paragraphis tractantur. De æmulatione horum Comitum in negotio religionis, cum bona quedam communia habeant, alibi forsitan erit dicendi locus.

§. 43.

Wertheim in omne id, quod defunctis ejus agnatis Georgio Ludovico & Joanni Casimiro sequestratum, confiscatum, aliisque cessum est, in Politicis, & Ecclesiasticis restituatur, salvis tamen iis bonis & juribus, quæ Marcæ Christianæ, filiæ dicti Georgii Ludovici de Löwenstein ex hæreditate paterna & materna competunt, in quæ plenariè restituatur. Pariter etiam Vidua Joannis Casimiri de Löwenstein, in sua bona dotalitia & hypothecata, reservato jure si quod in supradicta competit Comiti Friderico Ludovico, vel amicabili compositione vel legitimo Processu prosequendo.

§. 43. Domus Erbacensis l) in primis Comiris Georgii Erbach, Alberti hæredes in Castrum Breubericum, omniaque ejus jura, ipsis cum Domino Comite Löwensteensi communia, tam quoad præsidium, ejusdemque directionem, quam cætera civilia jura restituantur.

§. 44. Vidua & hæredes m) Comitis à Brandenstein, re-Branden-  
stiftuantur in omnia ex causa belli adempta bona & Jura.

§. 45. Baro Paulus Kevenhüller n) cum Nepotibus ex fratre, Hæredes Cancellarii Löffleri, Marci Conradi à Rellingen, liberi & hæredes; Item Hieronymus à Rhelingen una cum uxore, nec non Marcus Antonius à Rhelingen, quisque in omnia sibi per confiscationem adempta, plenariè restituti sunto.

## N

## §. 46.

## §. 43.

l) Controversiam de castro Breubergico inter Comites Erbacenses & Wertheimenses hic succinè recenset Obrechtius, & prolixius Spenerus in *Syll. geneal. p. 297.*

## §. 44.

m) Comes a Brandenstein multis legationibus & muneribus aliis oppido Succis perutilis fuit Hinc ira in eum

Imperatoris, tanquam Hostis sui ministri, quam nunc amnestia placare debuit.

## §. 45.

n) Post Electores, Princes & Statutis restitutos, sequuntur nunc aliqui minorum gentium, de quibus, quod Pragensi pace exclusi essent, specialis cautio necessaria est existimata. Nam prolixus hic Catalogus nominatim restitu-

Spira,  
Weissen-

§. 46. o) Contractus p), permutations q) transactio-  
nes

stituendorum duplice fere fini videtur esse factus : Primo, ut si quorum pacta restitutio ab amnestia generalis regulis in quibusdam defleget, id exprimitur : & secundo, ne illis, qui Pace Pragensi per recessum separatum exclusi ab amnestia erant, obiici posset, ipsos vniuersali amnestia gaudere non debere, quod iam speciali conventione nominatim essent exclusi.

§. 46.

o) Hoc & sequenti paragrapto tres easus proponuntur, qui diligenter distinguendi sunt. Duos hic coniunctos videamus, quorū vnius ab initio usque ad verba *licet* &c. continetur. Alter vero incipit a verbis *quod si vero,* & finit paragrum. Tertium paragrus sequens habet. De singulis videbimus.

p) Quid sint contractus & quae variae eius significations, ius commune docet. In genere est omnis actus inter duos, qui ex conventione efficacem obligationem prodicit : cuius iterum multæ distinctiones 1. in verum & quasi contractum, 2. in nominatum & in nominatum, 3. in realem, verbalem, literalem, & consensualem, 4. in contractum bona fidei & stricti juris, 5. in unilaterem & bilaterem, & quæ ex modo obligandi distinctiones aliae esse possunt. Hos omnes nomine contractus hic comprehendendi, non est dubium. Sed

quid de pactis dicendum? Respondet, si tale est, quod obligationem producit, id ex paritate rationis & mente legis hue etiam pertinere erediderim; Quare si verum est, quod communiter traditur, scilicet hodie omnia pacta sufficienti & determinato consensu initia obligationem parere, quamvis iure Romano quadam eorum auxilio magnistratus destituantur, mea quidem sententia istorum etiam habebitur ratio: quia pacientium consilium fuit omnibus in genere subuenire, quibus vi metuque sive res, sive obligatio extorta est. Alias diuiditur etiam contractus in voluntarium & in involuntarium, quo delicta referuntur, sive vera, sive quasi delicta. Sed quia de his remedia specialia sunt prodicta, extraordinario pacis subsidio nemo opus habet. Quod si vero qui ex eiusmodi delicto tenuerit, alteri vi metuque promissionem extorserit, se contra illum non acturum fore, rescinditur merito promissum, & restituitur actio: enim vero hoc eo ex capite fit, quo omnes obligationes absoluuntur: Sed statim aliud subnascitur dubium: quia enim iure communi contra ea, quæ vi metuque facta sunt, remedia etiam ordinaria sunt prodicta: hoc extraordinarium ex pace superfluum videri poterat. At enim ut iam non dicimus, remedii etiam extraordinarii locum dari, si ordinariis sint

pin-

pinguiora : quod hic sit auctoritate ipsius pacis , specialiter in quibusdam , circa processum desuper instituendum , de quibus paragraphus 48vus agit . Hic considerandum in primis . venit , actiones de vi & quod metus causa , uti & exceptions ex hoc capite non faci & concedi , si quid inter belligerantes partes actum vel contractum fuerit : præcipue si reducta pace perpetua obliuio & amnestia omnium eorum promulgata est , qua vltro citroque hostiliter sunt facta . Inde necessarium utique erat , actus , qui videbantur iure belli subsistere posse , cum in hostem meum omnis coactio sit licita , pace rescindere , & pro non actis declarare . Neque obstat , quod hic de priuatis actibus agatur , quos belli Dices extra ministerium Publicum in suos priuatos vsus vi metuque intentato extorserant . Cum enim in hostem iure belli omnia liceant , hostis autem meus non ille modo sit , qui bello causam dedit ; sed omnis , qui partes eius est secutus , sive arma ipse contra me sumperferit , sive hosti meo receptum dederit : hoc sane discriben inter actus publicos & priuatos ad eiusmodi discriben non valde attenditur . Nam ex bello non ille modo facere compendium potest , cuius auspiciis & iussu geritur bellum : sed & miles gregarius permisus Superioris : vt adeo de agminum ductoribus eo minus dubium superesse possit . De cetero amplissimus hic se nobis aperiret campus per

omnia contractuum genera discurrendi , qua ratione vnumquodque indebita aut illicite extorsum aboleri item rescindique debeat . Sed hæc res altioris tæle esset , quam vt illam exordiri præfens institutum nostrum permettat . Saltem de quasi contractibus dicamus , si quis vi metuque adactus fuerit ad alterius negotia gerenda vel administrandam tutelam , ad rerum atque hereditatis communionem , ad hereditatis aditionem , indebiti solutionem & similia , quod hac fini potest fieri , vt quis contra voluntatem suam commodaque negotiis & difficultatibus implicetur , non erit actio ex eiusmodi quasi contractu contra eum , qui hoc modo illicite coactus fuit , nisi forsitan in quantum tractatione rei est locupletior factus , ad damnum vitandum ex hoc etiam loco habebit auxilium .

q) Permutatio est species contractuum innominatorum , quem hic non putauerim ideo nominatum , vt alii excludantur ; Sed tantum exempli causa , quia fortassis grauamina extabant contra eiusmodi coactas permutations . De reliquo non esset dubitandum , si quid datum factumque vi aut metu esset , quod quis sponte sua neque dedisset neque fecisset , quin eodem pacis beneficio rescissio atque conductio detur , licet alter paratus sit ex sua parte adimplere etiam contractum , vel iam adimpluerit . De actione restimatoria idem sit iudicium .

burg-Lin-  
nesr), obligationes s) & Instrumenta debiti t), vi metuve u),  
dau, Reut-  
seu statibus, seu subditis x) illicite y) extorta, prout in specie  
llingen,  
Heilbrun.

r) Transaction est conuentio de re dubia vel litigiosa, aliquo dato, aliquo retento: qua credibile est inter bellum vicissitudines multos Creditores ad iniquas conditiones fuissi adactos, si forte fortuna in debitorum suorum manus venerant, qui eos coegeret liti renunciare accepta portiuncula, quare exsuffitum est, tanto magis necessarium esse, ut eiusmodi conuentiones mentio fiat, quanto maior est in iure transactionis auctoritas, quæ alias ne quidem propter enormem lesionem infirmatur, cum eandem vim cum re iudicata habeat, neque Imperiali rescripto aut praetextu Instrumentorum potesta repertorum rescindatur: quin et si nulla litis causa fuerit, id tamen, quod transactionis causa datum, vel promissum est, tanquam indebitum reddi negquit. Ex quibus aliusque transactionis privilegiis appareat, quanto melior etiam, qui metum adhibuere, conditio futura fuisset, nisi pax coactus speciali succurisset auxilio.

s) Quo refero contractus omnes nominatos tam reales, quam verbales & consensuales.

t) His sine dubio contractus literalis seu Chirographarii intelligitur, siue Instrumentum publicum fuerit, siue priuatum, cuius tres species Doctores plerumque enarrant I, Chirographum

debitoris, quod est scriptura, in debiti & crediti fidem facta 2. apocham creditoris, qua fatetur, debitorem soluisse, & 3. librum rationum, qui data & accepta continet. Si quis igitur coegerit alterum sibi chirographum scribere in crediti fidem, quod nullum erat, aut si debitor creditorem coegisset sibi apocham dare, siue super visus, siue de forte soluta, ejusmodi Instrumenta omnia, ut pote illicite extorta, abolentur & nulla declarantur.

u) Contra haec prodita quidem sunt beneficia ordinaria iuris. Sed cur hic etiam extra ordinem subueniatur, iam supra dictum est.

x) Nihil igitur refert, siue status quis sit, seu subditus: nam utriusque etiam pariter amnesia sunt comprehensii.

y) Quid hoc sibi vult illicite? Num aliqua vi metuque etiam licite extorqueri possunt? Sane haec eo pertinere videntur, ut quod exercituum vel agminum duces, aliique, qui nomen militiae dederunt, contra mandata eius, cuius auspiciis bellum geritur, in priuatum compendium quicquam eorum exegerint, id pro nullo habeatur. Si vero iussu Superiorum exactum eiusmodi aliquid fuerit, id ius belli defendat. Sane enim ubique bellum vis metusque comitantur, ut hoc nomine omnes contra-

queruntur Spira, Weissenburgum ad Rhenum, Landavia, Reutlingia, Heilbrunna z), aliique, ut & redemptæ cessæque actiones a), abolitæ atque ita annullatæ sunt, ut ullum iudicium actionemve, eo nomine intentare minimè licet b). Quod si verò debitores c) Instrumenta Crediti d) vi metuue

N 3

cre-

tractus, transactiones & reliqua, ex occasione ab hostibus exacta pro non gestis habere ab omni belli iure valde alienum esset.

z) Harum quinque cinitatum, aliamque querela si ad manus nobis essent, iudicare facilius possemus de sensu & mente legis: Sed dum de istis instructi rectius fuerimus, stare interim liceat superiori sententia.

a) quas scilicet creditores minoris nobis vendunt, vel alias ob causas cedunt. Sed queritur, an & hic oporteat vim metuque adhibitus esse, vel sufficiat, si præiudicio & fraudi debitorum id factum fuerit, a quibus cessionarii facilior est exactio. Sane de vi metuque nihil hic repetitur: qua tamens si subintelliguntur, dicendum est, creditorum bono decerni abolitionem: Sin vero de redemptis cessisque actionibus in fraudem vel odium debitorum inter creditorem & cessionarium huius vi aut metu res acta est, debitoris gratia fit abolitio, ne alii soluere teneatur, quam suo creditori.

b) Primus itaque casus breuiter hic est, vt hat restitutio eorum, qui vi metuque aliquo debito sunt irretiti, quo etiam redemptæ cessæque actiones per-

tinent. Hoc omne ita aboletur annullaturque, acsi gestum nihil vnuquam fuisset, actione & iudicio denegato. Sed cuius hic erit probare vim metuque? procul dubio allegantis, prout ex sequenti paragraphe satis appetat. Quodsi tamen cum militibus viris res fuerit, nec causa appareat, cur quis sua sponte in eiusmodi actus sibi dannosos facile concesserit, non infirma presumptio vis metusque facti contra eum stabit, qui illo tempore his vi potuit.

c) Alter casus est, cum subuenitur creditoribus, quibus debitores Instrumenta crediti vi metue extorsere. Verbi gratia: Dux militiae debuerit quondam Mercatorii Augustano aliquot millia Imperialium. Accidit, vt capta vrbe, dum redimit populus directionem & incendium, Dux ille supra id, quod hoc nomine exigit, a creditore etiam suo instrumentum crediti extorqueat priuato nomine. In hoc creditor hic restitutio, cum multe superioris non sit repetitio, quam amnestia abolet.

d) Nota hic, quando res debitorum agitur, hæc instrumenta vocari instrumenta crediti: cum supra, vbi creditorum

creditoribus extorserint e), ea omnia restituantur, actionibus desuper salvis f).

*Extorta debita.* §. 47. Debita sive Emptionis g), venditionis, annuorum redi-

torum ratio habebatur, instrumenta debiti appellarentur. Res eadem est, sed alio nomine ex diuersis respectibus indigitata. Nam debitor dum instrumento fatetur, Titum sibi totidem creditisse, instrumentum crediti videtur facere. Ille idem, qui se debet Tito hac ait, debiti instrumentum conficit. Hoc si creditor in manu habet, a debitore instrumentum debiti vocatur. Sin debitor a creditore repetit, respectu creditoris instrumentum crediti mea quidem ltentia repeteret dicitur. Si cui aliter ydetur, non contendeo.

c) Ergo hic etiam vis metusque vnicare ratio habetur. Nam si debitores alio nomine instrumenta sua modo licito extorserint, veluti sententia iudicis & executione in creditores refractarios hoc loco non imperatur restitutio.

f) Restitutio igitur decernitur cum effectu, ut salve sint actiones, quicquid de remissione earum pactum inter creditorem & debitorem fuerit, etiam si iuramentum accesserit, creditorem instrumento non amplius visurum. Nam quae hac ratione lex rescedit, illa iuramentum seruare nequit, cum simul ab hoc etiam absolutio data censatur,

*Expositio  
debitorum*

§. 47.

g) Tertius denique est casus, cum obligatione inter quosdam contracta superuenient aliis, debitumque a debitorum extorquet in odium creditoris. Debitor vero hic intelligimus non tam instrumenta debiti & crediti, quam ipsam rem vel summam annuam debitam. Nam si ipsum instrumentum a creditore extortum fuisset, alio capite restitutio feret secundum viueralis & illimitata amnestia fundamentum, supra art. 3. §. 1. descriptum. Sunt vero debita emptionis, venditionis, annuorum reddituum; nam his verbis unum contractum describi puto, cum quis numerata certa pecunia redditus annuos sibi solui stipulatur, qui plerumque ad usurarum mensuram constitutuissent. Est contractus iure ciuili incognitus, & odio scionoris leniendo moribus invenitus, fraudulentia & avaritia creditorum, ne usura sistantur, quamvis alterum tantum solutum fuerit. Haec debita an contrahi possint in perpetuum, ne scilicet solvendae sortis inuitu creditore facultas sit, alii viderint. Iam nostra cura est de ipso re, quae hoc paragraphe occurrit. Videtur inventa esse ad exemplum pensionum seu censuum annuorum ex fundo. Sed reuera nihil

redituum, sive alio nomine h) vocentur, si ab una altera ve belligerantium parte in odium Creditorum violenter extorta sint i), contra debitores veram violentiam & realem solutionem intercessisse allegantes, & se ad probandum offridentes l), nulli processus executivi m) decernantur n), nisi his

hil aliud sunt quam ipsum foenus, tan-  
toque grauius, quod saepe in potestate  
debitorum non sit, eo se liberandi:  
quoniam creditorum etiam causa  
aliquando deterior fieri possit, si eis  
repetendi mutui pro arbitrio optione non  
datur, debitoribus interea ad paupertate  
labentibus. Quicquid sit, utimur  
hoc iure, & eiusmodi conuentiones  
nimis quam frequentes esse testantur  
Instrumenta, quibus mutuum, quod  
revera est, hac forma quasi induit,  
ne foenerari videamur, cum interea  
foeneratores longe malitiosiores simus,  
quam si confessio de pecunia mutua da-  
ta extaret.

h) Quare debita, quo cunque etiam  
nomine veniant, huius legis beneficio  
frui possunt, si soluta sunt.

i) Quatuor hic requiruntur, vt fege  
agere licet, 1. vt sit debitum, 2. vt ab  
una altera ve belligerantium parte sit  
extortum, 3. vt factum id fuerit in  
odium creditorum, & 4. vt factum  
violentum interuenerit. Quod ad pri-  
mum de debitis attinet, iam dictum est.  
Secundum concernit vnam alteramue  
belligerantium partem, que exempli  
gratia confiscatione aliquo modo hoc  
debitum extorsit: id quod tertio fa-

ctum esse oportuit in odium creditoris,  
quem in potestate non habebat. Et  
denique vt violenter extortum sit: Id  
quod eandem significationem habere  
puto quam si dictum finisset, vi me-  
tuque.

j) Hic duo probare debitores de-  
bet, 1. veram, non fictam, vel ex con-  
dicto simulata violentiam, & 2. rea-  
lem solutionem. Vno horum defi-  
ciente, debitor a processibus executiuis  
non liberabitur.

m) Processus executivus sunt, qui ad  
solam productionem instrumentorum,  
paratum executionem in se habentium,  
decernuntur solitis mandatis sine  
clausula: cuius rei causa suspicaces  
creditoris & solliciti de credito suo  
plerumque sibi in Instrumentis eius-  
modi clausulis, quas vocant, executiuis,  
propliciunt, debitoribus ad omnia  
paratis, modo pecunia potiantur, qua-  
opus ad suas necessitates habent.

n) Sed ad cuius petitionem? Pro-  
cul dubio ad creditoris, qui allegat, so-  
lutionem alii factam se inuitu, debito-  
rem non liberari, etiam si in necessitate  
fuerit adactus, nisi forte decretum ma-  
gistratus interuenerit, cui vterque hab-  
iaceat, idque ex iusta causa.

o) Nem-

his exceptionibus o) prævia plenaria causæ cognitione p)  
decisis q).

§. 48. Processu desuper instituto r) à pacis publicatio-  
ne

o) Nempe de debito ab vna altera-  
ue belligerantium parte, in odium cre-  
ditorum sibi violenter extorta.

p) De causa hac plenarie quidem, id  
est, sufficienter, & adhibita omni dili-  
gentia, cognoscendum est, sed non pro-  
cessu ordinario, diuino illo & æter-  
no: quo tempore enim lis finienda sit,  
paragrapho sequenti statuitur.

q) Itaque decisione etiam, id est,  
sententia opus. Atque hac decisione  
vel sententia aut abololuitur debitor, si  
probauerit violentam extorsionem in  
odium creditorum ab vna alterae par-  
te belligerantium factam, vel si suc-  
cumbit in probationibus, remittitur ad  
processus executiuos, qui tum decer-  
nuntur.

Cœterum huius paragraphi sensus  
omnino expedetior fieret, si particula-  
ſe, que post verbum *vocenur*, ponitur,  
statim ab initio poneretur, hoc modo:  
*ſed debita, ſine emptionis &c. tum enim*  
*plana omnia & perſpicua ſunt: cum*  
*vocibus hac ratione diiectis, quis, niſi*  
*re probe axaminata, prima lectione*  
*aliud verbum expectet, quod ſe referat*  
*ad debita illa, & de illis aliiquid præ-*  
*dicet. Atque hæc obſcuritas forte in*  
*cauſa fuit, cur Buckiſch totum hunc*  
*paragraphum interpretatione a verbis*

& mente eius plane aliena, corruperit  
magis, quam iuuerit, quod vnicuique,  
rem omnem attentius expendenti, fa-  
cile apparebit.

§. 48.

r) Hic totus paragraphus longe  
commodius cum superiori coniungi  
potuifet: cum hic de processibus  
agatur, quorum paulo ante mentio  
facta, ſimilque ſtatuantur, quomodo  
decerni atque finiri debeant. Imo illud  
ipſum, quod initio statim legitur, *pro-*  
*cessu desuper instituto &c.* vsque ad  
verbum *imponenda*, cum in ſequenti  
bus nihil habeat, quo referri poſſit,  
manifestam partem verborum finalium  
præcedentis paragraphi conſtituit.  
Ut adeoque, ſi nouis vtique ia-  
ciendi fuifet, is longe reftius a ver-  
bis *Procesſus autem &c.*) exorſus eſſet,  
quemadmodum id etiam recentiora  
exemplaria faciunt.

Cœterum horum verborum sensus  
eſt, cum processus *desuper*, id eſt, ſuper  
exceptionibus debitorum de debitis,  
in odium creditorum, ab vna alterae  
belligerantium parte violenter extortis,  
institutus fuerit, eum infra biennium a  
pacis publicatione finendum eſſe, ſub  
poena perpetui silentii, contumacibus  
debitoribus imponenda.

s) Hunc

ne s) infra biennium t) finiendo sub pœna perpetui silen-  
tii u) contumacibus debitoribus x) imponenda. Processus  
autem haec tenus y) eo nomine z) contra ipsos a) decreti,  
una cum transactionibus b) & promissionibus pro futura  
creditorum restitutione factis c), tollantur & enerventur d),

O P

sal-

s) Hunc igitur processum debito-  
res institueri statim a pacis publicatio-  
ne, seque ad probandum de vera vio-  
lentia & reali solutione offerre: eun-  
demque infra biennium finire debent,

t) Quid si iusto biennio elapsò finia-  
tur? Existimo totum biennium debito-  
ribus cedere: quamuis enim *infra biennium* hunc sensum possit habere, vt  
tempus designet iusto biennio minus:  
Alterum tamen de exacto toto biennio,  
non excludit; vti Germanico sermo-  
ne idem est, inner Jahr und Eagen/  
& in Jahr und Eagen. Hæc explica-  
tio vel ideo necessaria, quia alias finien-  
do processui certum tempus præseri-  
ptum non esset, cum nesciretur, quo  
desinat terminus, infra biennium fixus,  
an dies sit vel hora, si iusto biennio  
non absolvitur.

u) Ne scilicet elapsò biennio, debito-  
res amplius cum supra dictis suis ex-  
ceptionibus audiuntur,

x) Sed quid si credores contuma-  
ces fuerint, processu tergiuerationi-  
bus ultra biennium extracto, nulla de-  
bitorum culpa? Hoc casu aut his etiam  
perpetuum silentium erit imponen-  
dum, aut saltē clapsum biennium il-

lis non obstabit, quo minus ad exceptiones suas probandas admittantur.

y) Id est, qui vero processus antea  
ad conuentam usque pacem decreti  
sunt. Hanc enim significationem *τε*  
*haec tenus* habere hic puto.

z) Id est nomine debitorum, sive  
emptionis, venditionis, annuorum re-  
ditum, sive alio, ut supra §. 47.

a) Debtores scilicet, de quibus pau-  
lo ante fermo fuit. Hi itaque Proces-  
sus plane sunt alii a Processu, super ex-  
ceptionibus debitorum instituto, de  
quo initio huius paragraphi fuit actum.

b) Nimurum, si interea debitores  
cum creditoribus super lite transfigi-  
sent.

e) Scilicet si promisissent debitores,  
se nihilominus Creditoribus solitu-  
ros, quamvis sibi debita ista ab aliis,  
eorum odio violenter sint extorta. Sic  
enim hic intelligo futuram Creditorum  
restitutionem, non vt ipsis restituantur  
creditores, sed vt illis restituantur cre-  
dita. Vox igitur creditorum hic est  
in plurali genitiui casus, non a voce  
creditores; sed a voce credita. Nam  
si hic sensus non est, ego plane non ca-  
pio, quid Debtores Creditoribus suis  
de

salvis tamen iis pecuniarum summis e), quæ flagrante bello

de futura restitutione promittere potuerint, quod hoc loco & hac occasione tollendum iterum, atque eneruan-  
dum sit.

d) Ad eum finem, ut præteriorum actionum nulla sit autoritas, neque etiam illa facultas vel necessitas coeptam hoc modo litem prosequendi, etiam cum illa iam contestata esset. Sed ante omnia audiendi sunt debitores de suis exceptionibus, qui absoluuntur, si eas probauerint; vel damnantur ad solutionem, si in probatione earum defecerint.

e) Sicuti hic & superior paragrapus multis modis obscurus valde, & ancipiit sèpè sensu est; ita nullus metamen locus magis torst, quam hic ipse, de cuius vero intellectu animoque paciscentium adhuc dubito. Neque multum præsidii Interpretes mihi suppeditant. Id quidem mihi probatur, quod communiter tradunt, hic exceptionem esse aliquam ab iis, quæ paulo ante de vi metue fuerant dicta. Sed hac explicatione sensus ipse mihi nondum planior fit. Nescio, quid Buckisch in mentem venerit, ut exemplo legis Rhodia de iactu hanc rem explicare voluerit, quod hue plane non videtur congruere. Paulo propius tangere rem videtur Obrechtus, qui hunc casum similem fere illi esse ait, qui habetur l. 9. §. 1. ff. quod met. causa: ubi

Vlpianus ita scribit: *Sed licet vim factam a quoconque Prætor compleatatur, eleganter tamen Pomponius ait, si, quo magis te vi hostium, vel latronum, vel populi tueres, vel liberarem, aliquid a te accepero, vel te obligavero, non debere me hoc editio (sc. quod metus causa) teneri, nisi ipse hanc ribi vim submisi: Coeterum si alienus sum avi, teneri me non debere; ego enim opere portius mee mercedem accepisse videor.* Sed cur hæc etiam mihi iam non sufficient, explicabo. Scilicet in hac tota paragraphe & superiori res omnis inter Creditorem & Debitorum vertitur, quatenus scilicet ille *debita sine emptionis, venditionis, annuorum rediutum, sine alio nomine, a Debitore suo exigere: & quatenus hic se contra illum defendere possit, si interea ab una alteraue belligerantium parte, odio creditoris ad soluendum violenter compulsus fuerit, veramque violentiæ & realem solutionem alleget atque probare velit.* Tum de Processu defuper institendo finiendoque, item pena contumacibus debitoribus imponenda agitur, vti & tollendis encrandisque Processibus hactenus contra debitores decretis vna cum transactionibus, & promissionibus, de futura Creditorum restitutione factis. Iam demum sequitur hæc mira & impedita exceptio: *Salvis tamen iis pecuniarum sum-*

*summis, que flagrante bello pro aliis ad auerenda maiora eorum pericula & damage bono animo & intentione erogata sunt.* Quod qua ratione cum antecedentibus coharetur, ego sane non comprehendendi? Nam si istæ pecuniarum summae a debitore *pro aliis* sunt erogatae, quid id ad Creditorem, eius iusta causa tamen hic propterea videtur melior facta? Aut si Creditor erogauit, cur soluere debitor debet, quod creditor bono aliorum impedit? Denique quo pertinet hoc verbum imperatiui modi, *erogate santo*, quod cum prioribus, structura verborum & dicendi genere plane non conuenit? Quod si dicimus in genere hic statui, absque respectu creditoris vel debitoris repetitionem esse earum pecuniarum, quas quis flagrante bello pro aliis, ad auerenda maiora eorum pericula & damage, bono animo erogauit. Quid igitur ex lege vel regula exceptionem facimus? Ut taccam, hoc ipsum vix connexionem verborum pati, *saluis tamen*, quæ ad priora, coniunctione aduersatim *tamen* manifesto respiciunt. Fingemus casum maioris perspicuitatis causa ad superiora delineatum. Caius debet Titio centum nomine emptionis venditionis, annuorum redditum. Titius creditor bello Germanico Succis adhaesit. Cæsareani a Caio in odium Titii hæc centum violenter extorsere. Post pacem Titius petit ista centum a Caio. Hic allegat, realem solutionem sibi per veram violentiam odio Titii a

Cæsareanis extortam, seque ad probandum offert. Quid hic statuendum? Scilicet nulli Processus executui decernantur, nisi exceptionibus Caii prævia plenaria cause cognitio decisus. Hic primus casus. Titius instituit Processum super exceptionibus Caii de violentia, & reali solutione, sibi odio Titii extorta. Caius debitor probat exceptiones suas intra biennium. Quid hic iuris? Scilicet Caius absoluitur ab anterioribus Processibus executiis, ne bis soluere teneatur, et si Titio Creditori non soluerit. Hic secundus casus. Quodsi vero caius in probantibus exceptionibus deficit, causa satis cognita, tum executiis Processibus sine dubio locus erit. Tertius casus est, si instituto Processu super exceptionibus Caius debitor sit contumax, vel ita tergiupersetur, vt Processus finiri intra biennium non potuerit, quid hic dicendum? Caio debitori perpetuum silentium de exceptionibus suis pro poena imponitur, simulque contra eum decernuntur Processus executiui. Quartus casus est, si iam belli tempore & ante pacem Titius Creditor contra Caium debitorem Processus impetraverit, quid tum iuris? Respondeo, isti Processus decreti tollantur & eneruentur. Quintus casus, quid si belli tempore transactio-nes & promissiones pro futura crediti restitutione sint factæ? Respondeo, istas etiam una cum Processibus decreatis tolli & eneruari. Sed in duobus latet adhuc nodus, i, quis fecerit trans-

lo f) pro aliis g) ad avertenda majora eorum pericula & da-

actions & promissiones illas ? & 2. quid hoc sibi velit, profunra Creditorum restitutione ? Quod ad primum attinet, ego non video, cur non debitor hic sit intelligendus, qui transactiones & promissiones illas fecit : imo cur necessario non debeat intelligi. Nam si alius tertius ; quid ea res ad Processum inter creditorem & debitorem ? Secunda autem questio maiori difficultate implicata est. Nos verba haec pro futura Creditorum restitutione supra explicatiimus de promissis debitorm, recipientium, se creditoribus credita nihilominus soluturos, quamvis sibi ab aliis eorum odio violenter iam sint extorta : & hac sane ratione omnia huc usque coherent. Sed turbans statim sequentia, saluis tamen iis pecuniarum summis &c. qua quo pertineant, incertum. Itaque pergam in cibis fingendis, & ponamus Sextum, Creditor Titius scilicet flagrante bello, ad avertenda maiora debitoris pericula & damna, bono animo certam pecuniam summam erogavit, cuius restitutionem debitor, necessitate tum adigente, promisit, quid hic juris ? Cum æquum esset, Creditorem hanc summam repetere posse, si vel absente & inscio debitore, bono animo pecunias pro eo expenderit tanquam negotiorum gestor : æquitas multo magis conuenit, repetitionem locum fieri ex promisso de-

bitoris. Hic genuinus est huius loci casus, & manifesta constitutionis æquitas : quæ igitur ratio dubitandi ? Scilicet debitor, in necessitate & periculo constitutus, videri poterat vi metuque ad hanc promissionem adactus esse, adeoque exceptione vti posse, cuius hic effectus secundum paulo ante dicta, vt promissiones, pro futura Creditorum restitutione factæ, tollantur & eneruentur. Itaque hunc casum a superiori exceptione iterum excipi oportuit, vt saluæ nimirum creditorí eæ pecuniarum summae maneant, quæ flagrante bello pro debitore, ad avertenda maiora eius pericula & damna, bono animo & intentione erogavit, qua deinde occasione ex casu speciali in similibus lex vniuersalis condita est, vt etiam, qui tali necessitate pro alio quid erogavit, etiam si debitorem ante illum non habuerit, repete suum possit. Ut proinde in his verbis diuersis respectibus & exceptionem a superioribus habeamus, & legem sic regulam pro omni simili casu.

f) Itaque vt repetitioni pecuniarum, sic erogatarum locus sit, opus est, vt erogatae fuerint 1. flagrante bello, 2. pro aliis, 3. ad avertenda maiora eius pericula & damna 4. bono animo & intentione. Sed quid hic significat flagrante bello ? num idem erit, quod durante bello ? an strictius accipendum ?

damna h) bono animo & intentione i) erogatæ funto l).

§. 49.

dum? Hoc ego malint, eam ob rationem, quia non omnium promissa vel acta gestaque belli tempore, ita comparata sunt, vt vis metusque in considerationem veniat. Imo vix sufficient omnes indistincte minæ, si elonginquo, nec præfenti periculo intententur: itaque flagrante bello id est vi metusque hostium presente, & abiecta auxiliis sue liberationis spe gestum quid oportuit. Ponamus iterum easum Bello inter duos populos exorto, tributa invenient a vicinis praesidiis imperari hostibus solent. Sed cum huic indictionis non maior ratio habeatur, quam eo vsque loeorum, quo vis hostilis & exactio absque impedimento pertingere potest. Itaque hoste terris longius dissipatis & necessario praesidio a tumultuaria invasione circum tutis incidente tributa aut pecuniarum contributiones, altera vero belligerantium parte solutionem earum vetante, si quis motus territusque mintantibus literis, que circummissi spargique claram solent, intempestiva pro amico sollicitudine economine cum hosti transferret, id etiæ bono animo & ex mandato etiam amici sui fecisset, id tamen ad auertenda maiora eius pericula & damna flagrante bello fecisse non existimabitur. Namibi propriæ bellum non flagrat, vbi præsentanea vis non est, sed metu saltem potest. Ex

aduerso cum quis obessa urbe, in qua amicum habet, cum duce iniussu etiam suis transfigit, vt vastatas ciuius terras & belti iniuriis relinquit: vtique conditionem repetitionemque habet ex hac constitutione, cum omnino flagrante bello hoc factum fuerit; Idem erit iudicium, quando hostis cum exercitu transit, aut statue in hostili terra habet: quibus exemplis iam satis intelligi puto, quid sit *flagrante bello factum* aut non factum.

g) De promissionibus debitorum pro futura crediti restitutione factis sermo in præcedentibus fuit. Itaque rationis est, vt hic sub *aliis* isti imprimis comprehendantur. Sed vt antea dixi, lex horum occasione vim suam & effectum his latius porrigit. Intelliguntur autem alii, quorum pericula & damna siue iussu siue iniussu redempta sunt. Nam etiæ in sciis illis & sine mandato erogatæ pecuniae hac fini fuerint, condicendarum ius erit. Quare differt haec lex a lege 9. §. 1. ff. quod metus causa &c. quam supra allegauimus. Ibi enim supponitur, me aliquid atecepisse, vel te obligasse ut a vi hostiæ vel latronum vel populi te liberaem aut tuerer. Hic etiam iniussu tuo, modo te non vetante, si pro te pecunias expenderim, ad auertenda maiora damna atque pericula, teneberis mihi.

h) Pericula & damna quomodo diffe-

OP 3

§. 49. m) Sententiæ n) tempore belli o) de rebus me-  
ré

differant, curiosius forsitan erit quærere, quam utilius. Quid si dicerem, pericula vitam & corpus concernere, damnæ res & possessiones? Sed videtur alia differentia latere in voce, *maiora*. Hoc modo periculum est metus damni accipiendi, & damnum, quod iam acceptum est. Vtrique aduentendo erogare pecunias licet, si maiora scilicet fuerint. Sed hoc iterum intelligi duplì modo potest i. pericula, quæ imminent maiora iam præsentibus: & damna iam datis maiora pertimescenda 2. maiora pericula & damna erogatis summis pecuniariis. Ecce vero quanta erit in hac estimatione litium matries, præcipue inter rixosos & fieres contra vota occiderit, vbi officia spontanea non semper eo loco habentur, quo ea haberi apud gratos par est.

i) Hic alter contentioñ campus. Sic enim plerumque cum hominibus est comparatum, ut officia aliorum ab eventu æstiment: atque fors fecus tulterit, malo impudent & insidioso consilio. Qua vero ratione Judici constituit de animo & intentione alterius? Num locum iuramento dabimus? Periculosoñ hoc sane recusante reo, cui præstito iuramento perit exceptio de vi & metu. Sed hæc ad iudicia pertinent, nobis de legis sententiæ hic est negotium. Coeterum quid sit *bono animo & intentione*. Non dubium est,

quia huc pertineat, quod pietate, amicitia, caritate in proximum, aut miseratione gestum est, imo quicquid officio boni viri includitur, pro merito suo habendum erit. Sed & cum inter creditorem & debitorem hac super rediscatur, non existimo, hunc audiendum esse, si dicat, creditorem iuuisse se hac mente, ne sibi creditum pereat. Hoc enim bono animo & intentioni non repugnat. Quicquid sit, dubium non est, cum ad singularia venitur, quæ infinitis circumstantiis variant, quin mortosi & ingrati hoc ipso occasionem sint arrepturi alendæ litis.

1) Alia exemplaria habent, *erogata sunt*. Atque hoc conuenit orationi eiusque structuræ, quæ hic imperativum non admittit. Erogatas autem pecunias intelligimus ante pacem solutas. Nam si promissæ saltem fuerint, condicendarum nulla actio erit, vniuersali & illimitata amnestia eiusmodi etiam promissus ita penitus absente, ut quicquid eo nomine alter aduersus alterum pretendere possit, perpetua obliuione sepultum sit.

§. 49. o) de rebus  
m) Postquam supra art. 3. §. 1. constitutum fuerat, ex amnestia vniuersali & illimitata restitui omnes status & subditos debere, in eum statum in sacris & profanis, quo ante destitutionem gauis sunt, non obstantibus, sed annulatis

*Latis quibusunque interim in contrarium fallis mutationibus.* Et mox art. 4. in omnibus Sphis usque ad hunc locum restituzione eorum, qui specialiter nominati sunt, pleræque sententiæ contra illos latæ rescissæ per ipsam restitucionem fuerint, videri possit, hæc dispositio superioribus repugna re. Sed cum procul dubio belli tempore multe etiam sententiæ contra nonnullos latæ fuerint, que ad motus quidem Bohemiæ Germaniæ, vel foedera hinc inde contracta nullum respectum habebant, & a quibus adeo ex formula amnestiæ directis verbis peti restitutio non poterat. Interea autem veniebat, vt Germania fere tota in duas partes inter belligerantes diuisa, is contra quem pronunciatum eslet, ex motibus Germaniæ Bohemiæ inuidiam Iudici crearet, quasi sui odio & in gratiam adversarii iudicium tulisset, post restitucionem eorum qui expresse & nominatim amnestia sunt comprehensi atque restituti, placuit aliquam etiam illorum in genere haberi rationem, quibus forte belli tempore per sententias latas aliquid praecudit aut damni datum. Sed cum simul Iudicis etiam habenda ratio fuerit, media via in honorem eius selecta est, qua non rescidiebantur sententiæ, sed ab effectu rei indicata tamdiu suspendebantur, donec constaret, num victa pars intra semestre ab inita pace spaciun petere revisionem velit quo facto durat suspensio usque ad exitum revisionis, per quam vel

confirmandæ, vel emendandæ, vel rescindenda sunt. Enimvero vt huic suspensioni & revisioni locus sit, quantu[m] requiruntur, nimirum, vt (1.) sententiæ sint latæ (2.) tempore belli, (3.) de rebus mere secularibus, & (4.) vt vitium & defectus in Procesu non manifeste pateat, vel in continentि demonstrari possit.

n) Num omnes, an quædam saltem? Buckisch excludit priuatas causas, & hic eas tantum intelligit sententiæ, quæ in causis inter Status vertentibus latæ sunt. Sed cum amnestiæ beneficium qua occasione hic de sententiis agitur, etiam ad subditos pertineat, nescio an talis restrictio legi & animo paciscentium conueniat. Potius hæc locatio hic indefinitè posita secundum Logices regulas æquipollere debet vniuersali.

o) Hoc belli tempus laxius habet spacium, quam quod supra designatum fuerat *flagrante bello*. Comprehendit enim omne tempus, quo bellum durauit, cuius pars saltem per vicissitudines locorum & temporum est, quando bellum flagrat. Nam etiam induciarum tempore belli tempus esse intelligitur, quo tamen flagrare bellum nemo dixerit, cum requiescat potius & veluti respiret. Cœterum ad belli hoc tempus omne pertinet spaciun, quod a primis motibus Bohemiæ usque ad pacem Westphalicam bellum occupaverat, vulgariter a triginta annis, quibus durauit, tricennale dictum.

p) Res

re lecularibus p) pronunciatae, nisi processus vitium q) & defectus r) manifeste pateat, vel in continentia demonstrari possit s), non quidem omnino sint nullae ab effectu tamen rei judi-

p) Res sunt vel mere Ecclesiasticae, vel mere Seculares, vel mediae siue mixtae. Habet autem res Ecclesiastica appellationem suam vel a subiecto, persona Ecclesiastica, quem rem possidet, vel a forma eius, quem in consecratione constituit, vel denique a fine & usu, cui est destinata. Eodem modo se res cum mere lecularibus habet. Mixtae autem sunt, quem ex utroque participant: & quo plus minusve mixturae ab una altera specie erit, res illa proprius etiam inter Ecclesiasticas vel Seculares numerari meretur. Quid iuris sit in sententiis tempore belli de rebus mere Ecclesiasticis vel mixtis pronuntiatis, art. 5, §. 2. traditur. Igitur hic inspectio est de rebus mere Secularibus.

q) Nam si Processus vitium & defectus manifeste pateat, vel in continentia demonstrari possit, ista sententiae statim rescinduntur, ut nulliter latet. Sed quid, si vitium illud in Processu non sit tam ex iniuria aut praevaricatione Iudicis, quam culpa vel negligencia eius partis litigantis prouenerit, contra quam pronuntiatum est? Vel quid si vitium non sit in processu, sed in sententia, forte contra ius partium lata? quo casu illa ipso iure non est nulla. Mea quidem opinione huic exceptioni neque hinc neque illinc locum dede-

rim, sed ab effectu rei iudicatae suspenderent sententia, donec in reuitorio de causa ex integro erit cognitum. Nam primo casu damnum nemo creditur sentire, quod sua sibi culpa accerit, etiamsi error vel imprudentia Aduocati aut Procuratoris accererit, quia tum restitutione in integrum opus, quando ille soluendo non est: in cuius locum iam hic succedit requisi, tanto nunc pinguius, quod sine respectu ad inopiam Procuratoris Aduocative concedatur: in alterum casum iure etiam ordinario appellations & revisiones sunt proditae, quarum copia hic sit, quamvis fatalia, belli tempore forte præterierint.

r) An haec differant, queri posset, si subtilis curiositas placet. Vitium enim in agendo videtur consistere, defectus in omitendo. Sed quia omne vitium actionis defectum in se habet ab actionis rectitudine, siue infra eam steterit, seu debitam normam exesserit, nullum periculum est in sensu huius loci aucepando, et si inutili accusatione tibi mentem non turbaueris, aut caput fregeris.

s) Sensus itaque est, Sententia, tempore belli de rebus mere Secularibus pronunciatae, si Processus vitium aut defectus manifeste pateat, vel in con-

judicatae suspendantur t), donec acta Judicialia (si alterutra pars intra semestre ab inita Pace u) spatium petiverit revi-

QR

sio-

continenti demonstrari possit, sint omnino nullæ ; Sin id dubium est, suspendantur, donec de reuitorio constet. Hac ratione quod disiunctum de uno & altero casu diverso effectu statui luculentius potuisse, sic effertur, ut casu secundo pro regula posito, pri-  
mus exceptionem continet : cui deinde alterutrum ex his duobus necessarium, si ratio eius habenda : vt vel ma-  
nifestum sit & visible Processus vitium, atque defectus, vel, ut in continenti de-  
monstrari possit.

t) Effectus rei iudicata multifarii sunt. Precipuus, qui hic indigitatur, est, ne sententiae executioni mandari possint, antequam constet, num alterutra pars intra semestre spaciū ab inita pace revisionem petere voluerit. Itaque hac semestre datum ad exemplum descendii, intra quod a sententia appellandum : qua currentibus his fatalibus etiam subsistit; sed eodem modo ab effectu rei iudicata suspenditur. Pariter se res in reuisione petenda ordinario iure habet; nisi quod hic spaciū semestre detur ab inita pace. Illic vero reuasio olim peti debuerit tres menses ante Calendas Maii, vel si tempore late sententiae usque ad Calendas Maii tres menses non supererant, tunc denun-  
ciatio siebat Moguntino, sequenti an-  
no, circiter tres menses ante Calendas

Maii, Blumius Proc. Cam. tit. 79. n. 14. Hodie vero reuasio sub poena desertio-  
nis intra quatuor menses a die latæ senten-  
tiae proximos & denunciari, & de-  
nunciata etiam in Camera reproduci  
debeat. Recess. Imp. 1654. §. in Fällen  
125.

u) Num hic conclusam pacem &  
subscriptam intelligimus : an vero rat-  
habitam ? Neque enim nihil refert,  
utrum statuas : non modo enim a con-  
clusa pace usque ad ratificationem eius  
infra art. 17. spaciū octo septimanarum  
datum ; vetum etiam Imperator  
Ferdinandus in Recessu Imperii 1654.  
supra allegato, statim ab exordio con-  
queritur, ratificationem ultra illud  
constitutum tempus protractum fuisse:  
demum enim secuta est 18. Febr. anni  
sequentis 1649. adeoque decem fere  
septimanis constituto tempore tardius.  
Nos diem seu tempus ab initia pace, sta-  
tim post pacem conclusam, subscriptam  
& publicatam, quod altera statim die  
a pace conclusa factum, cessisse arbitra-  
mur, quia artic. 16. §. 1. habetur, simul  
atque Instrumentum pacis a Plenipo-  
tentiariori & Legatis subscriptum &  
signatum fuerit, omnia, quæ conuenient  
sunt, vtrimeque e vestigio executioni  
mandanda esse: quibus verbis e vestigio  
apparet, tempus ratificationis prescri-  
ptum in pace exequenda expectari non  
debe-

tionem x), in Judicio competenti y), modo ordinario vel extraordinario z) in Imperio usitato revideantur, & æquabili jure

debere: id quod eodem articulo sequitur ad clarius adhuc exprimitur, mandaturque omnibus, qui ex hac pacificatione ad aliquid restituendum vel præstandum obligantur, ut id sine tergiversatione & noxa intrâ tempus conclusæ & ratificandæ pacis præstent, & transacta exequantur. Vnde etiam Imperator Ferdinandus in edicto suo, de exequenda pace proposito, mandat, das alle und fede welche vermög dieses Friedens und dessen gemeiner oder auch einiger sonderbahrer Regel und Verordnung etwas wieder abzutrennen zu erstatten/zu geben/zu thun/oder zu leisten schuldig/alsbald nach Bekündig und Vernehmung dieses Käyserl. Edictes noch vor Ausgang der zu Einbring und Auswechslung allerseits ratificationen angesehnen Zeit unweigerlich restituiren/abtreten/geben/thun und leisten sollen. Id quod plane singulare in hac pace esse videtur, cum alias usque ad mutuas pacis ratificationes omnia in statu, quo sunt, maneat, hostilitatibus tantummodo & violentiis interea prohibitis sublatisque. Ita in pupera adhuc pace Ryswicensi art. 50. exprefse habetur, tempus restitutionis tam locorum, tam captivorum & Obsidum, vel quod unus ex pace præstare alteri debet, aut petere ab eo potest, a ratificatione

demum pace currere: quo etiam contributiones, exactiones, pabulationes, & similia interdicta sunt. Itaque ex his dictis manifestum est, quod hic de tempore semeistri ab initia pace dicitur, eodem sensu intelligendum, quo Spho præcedent biennium a pacis publicatione datum fuit: publicata autem pass erat postridie a conclusione eius, quod factum 15. Octobris 1648.

x) Ex his verbis, & quia revisionis fit mentio, Buckisch non inepta concludit, legem de sententiis accipendum esse, quæ in Aula Imperatoris vel Camera Imperiali sunt latæ: quanquam in eo fortassis erret, quod vim eius ad causas restringat, inter Status Imperii controversias.

y) Competens iudicium vel pro loco accipitur, vel pro ipso Iudice. Priori sensu est ipsa Camera & Iudicium Aulicum, vbi ita revisiones agitari solent. Altero vero sunt Commissarii Cæsarei ac Deputati Statuum quorundam Consiliarii, qui a Moguntino eam ab causam evocati prævio iuramento acta revident, auditisque Assessorum rationibus, cur eiusmodi sententiam tulerint, de causa cognoscunt, eamque decidunt.

z) Modus revisionis Ordinarius prescriptus in ordinatione Cameræ est, cum

jure ponderentur a) atque ita dictæ sententiæ vel confirmen-  
tur

Q R 2

cum Ordinariis visitationibus Cameræ, quæ singulis omnis Calendis Maii intituli debebant, reuisionum etiam causa tractabantur. Extraordinariis, cum impeditis visitationibus, quo minus statim tempore conuenient, extra ordinem hoc iudicium habetur. In quo ad substantialia Processus attinet, cunctum Procedendi modum in Aulico etiam Iudicio seruandum esse, tradunt communiter Scriptores. Insignes tamen duas differentias esse deprehenduntur: una, quod reuasio actorum petita a sententiæ, in Iudicio Aulico lata est: dum suspensiu[m] adhuc habere dicatur, qui alteri in Camerae introductæ, per Imperii recessum ademptus est: asseritur hoc ipsum in ordinatione Iudicij Aulici, ab Imperatore Ferdinandino anno 1654. renouati, & in Comitiis publicati citato probatio[n]is causa Instrumento Pacis art. 5. §. 55. vbi habetur, ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensiō delituantur. Sed illo tempore, cum hæc ita placuere, reuasio etiam in Camera Imperiali effectum istum suspensiu[m] adhuc habuerat. Postquam autem illud deinde iustitia promouenda causa, post serias & graues deliberationes, abrogatum fuit communis Statuum consensu, & auctoritate ipsius Imperatoris, dubitare aliquis non immerito posset, annon eadem legi Iudicium quoque Aulicum tenet-

tur: neque, vt audio, v[er]sus diuersus est, qua de re videlicet Vffenbach de Consilio Aulico cap. 23. Sect. 4. Vnde legi in quodam libro, in der Oldenburgischen Successions Sach hat stark behauptet werden wollen / als ob bey denen reuisionibus, so per modum supplicationis bey Reichs Hofstatth gesuchte und erhalten werden / das medium suspensiu[m] statt hätte: Wozu man sich des Inst. Pacis art. 5. §. 55. wie ingleichen die Reichshofstatth Ordnung hoc loco bedienen. Es ist demselben aber so wölder letztere Reichs Abschied anno 1654. §. 114. als bis herige bey Reichs Hofstatth jederzeit hergebrachte Oberuanz entgegen gesetzt / auch per maiora & absque relatione ad Cæsarem das contrarium geschlossen / und der Secundæ paritorie die eventualis comminatio executionis würcklich angehangt worden. Deinde variatur etiam in reuisione petenda. Nam pro reuisione, apud consilium Aulicum obtinenda, loco Moguntini supplicatus ad Cæsaream Maestatem, ut acta iudicialia denuo, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addicatis, ex viraque religione equali numero Consiliariis, residantur: quibus tertium addo, quod Cæsar non opus habeat, constituendi iudicij reuisorii causa, deputatos Statuum conuocare: Sed liberum ei saltem re- lin-

tur b) vel emendentur c) velsi nulliter latæ sint, planè rescindantur d)

§. 50. Si quaæ etiam feuda e) regalia vel privata f) ab An-

no

linquitur, in causis maioribus, & unde tumultus im Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam viriusque Religionis Elektorum & Principum sententias & vota requirere.

a) Ne scilicet fautor vniuersitatis vel alterius partis iustitia fraudi sit.

b) Si appareat, ex iuriis dictamine latas esse.

c) Si qua parte a via iustitiae recedunt.

d) Nulliter latas hic non modo quoad vitium vel defectum in processu intelligo; verum etiam, si contra ius partis omnino sunt latæ, adeoque in se iniustæ: qua hac in re revisionis idem est effectus, quiappellatione: ubi cum ad formam Processus, tum ante omnia ad sententia ipsius, & qua appellatum fuit, iustitiam vel iniustitiam respicitur.

§. 50.

e) Hic paragaphus cum satis sit clarus & expeditus, longa commentatione non habet opus. Scilicet exiure Feudali notum est, inuestituram intra annum & diem esse petendam. Sed inter motus ciuiles eueniare facile potuit, vt Vasalli, aperto Feudo, inuestituram illam vel petere noluerint, vel impetrare non potuerint. Ne itaque hoc eis fraudi sit, constitutum est, vt tempus ab anno 1618. vsque ad initiam

pacem, in computum non veniat, sed annus ille atque dies petenda inuestiturae die factæ pacis cedere incipiat. Posset aliquis existimare, cautionem hanc superfluam esse, cum supra ex generali amnestia omnes, & in specie etiam Vasalli, quoad bona feudalia & subfeudalia, restituti fuerint. Enim uero quia inter Tractatus Pacis acriter disputationem est, vtrum Felonia etiam sub amnestia comprehendatur, ita ut per eam sublata censeri posset? Creditum est, non plane extra rem fore, si huius negotii inter ecclera, de quibus nominativum conuentum est, mentio fierit. Atque ex his etiam patet, cur existimatum sit, ius commune Feudale huic negotio absoluendo non sufficere, quod alias inter legitima impedimenta inuestiturae non renouata belum etiam refert. Agitur enim hic non modo de impedimentis, que ex parte Domini aut Vasallii extrinsecus oririuntur, integra vtriusque amicitia: Sed de Felonia in primis quæstio fuit, cuius intuitu directi Domini Feuda, vt sibi aperta repetebant, nec Vasallis, inuestituram potentibus volebant annuere, quod inter bellum contra se stetissent. Quare hoc crimen, ne post pacem noceat Inuestituram potentibus, statuendum utriusque fuit. Atque idem dicen-

no millesimo sexcentesimo decimo octavo g) non fuerant renovata, nec interim eorum nomine præstata servitia h) nemini id fraudi esto, sed tempus i) repetendæ Investituræ à die factæ Pacis l) cedere incipiat.

§. 51. Tandem omnes & singuli m) tām bellici Officiales militesque n), quām Consiliarii & Ministri togati Civiles & Ecclesiastici o), quocunque nomine aut conditione cen-

Q R 3 feni-

dicendum de causis, ex quibus Dominus directum suum dominium amittit, si forte Vasallus propterea incolituram amplius noluerit petere.

f) Nullum igitur disserim, quamvis Statuum præcipue causa videantur hæc ita sancta esse.

g) Hic locus manifesto probat, annum decimum octauum superioris seculi datum esse pro termino. Nulla enim allegari ratio potest, cur, quod hic de Feudis dicitur, non extendi debat ad omnes alios causas, vbi cui restitutio necessaria est. Procul dubio autem ab anno significat, ab initio anni, vt idem sit, quod ab initio motum Bohemicorum : quemadmodum alibi status, in quem quis restituendus est, designatur ex eodem initio, qualis scilicet ante motus Bohemicos fuit.

h) His enim causis amitti feudum, notius est, quam vt dici debeat.

i) Scilicet cedere tempus vt dies dicitur, cum aliquid deberi incipit.

j) Quæ dies fuit 24 Octobris 1648. Hæ dies publicatæ pacis vnæ est post-

rior, & dies pacis ratihabitæ pluribus mensibus.

§. 51.  
m) Includuntur hic specialiter amnestia, & restituuntur omnes, qui vni alterius parti beligerantium togæ vel sagittorum, in eum statum, quo ante Bohemia Germanie motus ganist sunt, aut iure gaudere potuerunt.

n) Itaque gregarii etiam milites hoc loco intelligendi sunt: quia amnesia summo ad infinitum, & ab infimo ad summum.

o) Quæsumus memini, an Ecclesiastici ad togatos vel sagatos rectius referantur? Non modo enim militare facram militiam dicuntur: Verum etiam suis habent Generales & Officiales subalternos, qui eos continuo in armis exercent. Adhæc distribuuntur in legiones & centurias suas, vexillaque sequuntur distincta coloribus & figuris. Sed & educunt ingentes exercitus, atque contra hostes suos, quos haereticos appellant, æstate hyemeque fortissime procliantur. Inter eos sunt velut.

fentur p), qui uni alterive parti, earundemve fœderatis aut adharentibus q), togā vel sago militarunt, à summo ad infimum, ab infimo ad summum absque ullo discrimine vel exceptione r), cum uxoribus, liberis, hæreditibus, successoribus, ser-

vito-

veluti miles Prætorianus, Ordines religiosi, qui Imperatori suo ante alios fidī & strenui pugnatores, habituque inuicem disereti, vt nosse ex hac testera facile possis, cuius quisque gentis & agminis sit. Iti rursus famam fortitudinis meritaque diversa habent, vbi strenuitate & audacia eminent Patres Societatis, quos Triariis haud absurdē comparaueris, qui restituere inter certamina rem debent, quando ad extrema velut est peruentum. Vnde cum hi arma expedient, nutare pugnam & rem ad Triarios rediisse credimus. Est præterea hoc etiam insigne militia apud Ecclesiasticos, quod alienis impensis viuunt velut ex hostico, bellumque hacten ratione se ipsum alit. Aut si utique hybernatum apud amicos est, gratuitis vtuntur hybernaculis, qua militis instar dum primo rogare videntur bonis verbis, mox occupant vi, si cedere oneri sponte plebs noluerit: Huius enim militia omnis terra tributaria facta est. Sed nunquam eos militibus similiores videas, quam cum in armis stant, & excubiis vario genere tegumentorum, quibus armantur, totique velut cataphracti sunt, a capite ad calcem, quæ singula describere longum esset. Sed ouupa quo non est similius,

quam galeæ militari thiara ista, qua caput induit sunt, cum e suggestu imperatoris ad milites suos, in pugnari concitandos concionem habent. At vero quicquid sit, cum hoc loco Ecclesiastici ad togatos referantur, ordinis dignitatem & prærogatiuam, si qua est, eis non inuidibimus. Imprimis cum videri velint ab omni sanguine adeo abhorre, vt malint potius captiuos suos laestos viuos cremari, quam vt minimam ejus guttam effundi patiuntur, miro misericordiæ prodigio.

p) Subditos tamen hic comprehendi non arbitror, qui toga vel sago non militarunt: quamvis enim eorum etiam in fine huius Spīri fiat mentio, id tamen ideo tantummodo factum, vt occasio esset, ad Subditos Austriacos transfundī, quos generali illa amnestia, vt art. 3. descripta fuit, non comprehendī, vel hoc ipsum argumento est, quod hoc loco de illis longe aliter conuenierit. Interterea reliquis etiam subditis supra art. 3. §. 1. satīs prospectum.

q) Quæ hic intelligentur partes beligerantes: & qui Fœderati eorum aut adhaerentes, ex artic. 1. constat, vbi vides, quæ ibi notauiimus.

r) Exceptionem tamen in Subditis & Vasallis hæreditariis domus Austria-

cc

vitoribus s), quod personas & bona t) in eum vitæ, famæ, honoris, conscientiæ, libertatis, Jurium ac privilegiorum statum u), quo ante dictos motus gavisi sunt, aut jure gaude-re potuerunt x), utrinque restituti sunt y), nec eorum per-sonis aut bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accusatio intentator, multo mihi ulla poena, damnumve quo-cunque prætextu irrogator z). Et hæc quidem omnia quoad illos a), qui Cæsareæ Majestatis & Domus Austriacæ subditi

85

ex notabilem factam esse, docet spodus sequens.

s) De his nominibus non valde labordandum. Hæredes tamen & Successores in eo forsitan differunt, quod illi in allodialia succedant: hi in feudalia; habentes iam causam a primo acquirent. Quod Servitores attinet, hoc nomine intelligo Vasallorum seruos aut famulos armatos, bewehlte Knecht/ quorum opera etiam in servitius praestans viutur.

t) Hæc duo summa sunt capita, in qua restitu aliquid potest.

u) Superuacaneum effet, ista omnia subtilius discutere, & quomodo viuumquodque ab altero differat, explicare. Videntur enim in cumulum coniecta maioris cautela causa, quamquam ex articulo 3. §. 1. addi adhuc potuissent non modo dignitates & immunitates, verum etiam respectu bonorum, id, quod ibi habetur de ditionibus feudalibus, subfeudalibus & allodialibus; & veteror tamen, ne si

etiam sufficientem partium enumeracionem habeamus.

x) Id est, ante motus Bohemia Germaniae: paulo ante dictum fuit, ab anno 1618, quod si hic applicandum idem esset, ac si scriptum fuisset, ante annum 1618.

y) Id est, ab utraque parte.

z) Intelligenda haec sunt de causis, militiam concerentibus; in qua contraria vel alteram partem stetere. Quin enim alii ex causis contra illos sic restitutos actiones vel accusations intendi possint, tanto minus est dubitandum, quia iuxta artic. 3. §. 2. omnes restitutions ex capite amnestiae intelliguntur, saluis stiribus quibuscumque.

a) Supra dictum fuerat, omnes & singuli, quo cumque nomine aut conditione, absque ullo discrimine vel exceptione &c. Ecce tamen hic exceptio notabilis in Subditis & Vasallis hæreditariis Domus Austriacæ, de quibus specialiter conuentum. In reliquis vero supra dicta plenissimum effectum habere debent.

Buz-

& vasalli non sunt b), plenissimum effectum habeant. c)

Imperato-      §. 52. Qui verò subditi & vasalli hæreditarii d) Imperato-  
ris & Domus Austriacæ sunt, eadem gaudeant Amnestiā,  
& vasalli      hæreditarii      quoad personas, vitam, famam & honores e), habeantque  
hæreditati-      securum redditum in pristinam patriam f), ita tamen, ut se  
tui.

b) Burgoldensis ad Instrumentum  
Pacis parte 1. disc. 31. n. 13. ex his verbis  
argute abseruavit, Principes vel Status  
non esse Vasallos vel Subditos Impera-  
toris, sed Imperio subiectos, vbi ad mar-  
ginem triplex NB. ponit, postquam  
totam hanc questionem in superiori-  
bus disc. 23. n. 1. late, sed more suo,  
frigide atque confuse tractasset. Sed  
vtcumque de ipsa sit, in cuius ex-  
ameniam non descendō, ex hoc saltem  
non valde iuuatur eius sententia.  
Statim enim sequentia in Spho 52. in-  
dicant, quomodo sit intelligendum,  
si quis in Imperio Cæsaræ Maiestatis  
subditus & Vasallus non esse dicitur.  
Scilicet, si non est subditus & Vasallus  
hæritarius Domus Austriacæ, qua-  
ratione Burgoldensi vis omnis argu-  
menti sui perit, quanquam in eo non  
erret, cum perhibet, Principes & Status  
Imperi mere Subditos Imperatoris  
non esse. Nos ea hoc loco aliam ob-  
servationem utiliorem capimus, scili-  
cet, in Instrumento Pacis, vbi Impera-  
tor & Domus Austriaca coniunguntur,  
per Imperatorem intelligendum pro-  
prie esse Caput & Rectorem Domus  
Austriacæ, qui simul est Imperator;

quod factum etiam fuisse supra notau-  
imus ad artic. I. verba: *Cesaream Ma-  
iestatem, Domum Austriacam.* Quan-  
do enim Imperator qua Imperator no-  
minatur, tunc formula est: *Imperator  
& Imperium.* Sed hoc sensu Impera-  
tor nullos habet subditos & Vasallos  
hæritarios, quia ipse Imperium noa-  
iure hereditario tenet, sed ex libera  
electione habet.

c) Plenissimum effectum in omni-  
bus, que hic sancta sunt.

#### §. 52.

d) De subditis & Vasallis hæredi-  
taris Domus Austriacæ paulo alter  
conuenit, facta scilicet distinctione  
inter earum personas, vitam, famam &  
honores, & inter bona eorundem.  
Quod primum, eadem gaudent amne-  
stia, atque insuper secundum redditum in  
pristinam patriam consequuntur. De  
secundo vero, quid placuerit Spho se-  
quenti videbitur.

e) Nimurum hæc omnia facilius re-  
stituuntur, quam bona, plerumque aliis  
iam diu donata, ex quo illi gratia Cæ-  
saris excederant.

f) Hic quæri potest, quid sit secu-  
rus redditus? quid item patria pristina?  
Redi-

teneantur accommodate legibus patriis g) Regnorum & Prouinciarum h).

Reditum cum effectu intelligo, vt quis ibi habitare possit, sicut ante præscriptionem vel exilium fuerat. Securus autem esse debet non modo a metu pena, per sententias forte antehac impositas; verum etiam a metu futuræ ultiōnis, amnestia & obliuione penitus sepulta. Quod ad pristinam patriam attinet, de hac ita sentio: Qui Austriae fuit, redire in Austria quidem potest; sed in alias ditiones Domus Austriae absque consensu transferre domicilium nequit: & sic in reliquis. Quamuis enim omnes prouinciae Dominus Austriae pro communii quadam patria Vasallorum & subditorum hæreditariorum reputentur; singulæ tamen separatas etiam constituant patriam: vt adeo, quando de patria cuiusque pristina sermo est, ad significatiōnem specialiorem merito sit respiciendum. Est adhuc quædam strictrior Patriæ acceptio de certo loco, quo quis natus, v. gr. Vienæ, Pragæ, Lintzii, Græcii, & cetera. Sed quia hic restituendorum favor versatur, non existimo, intra arctos adeo terminos appellationem Patriæ hic stare debere.

g) Hæc verba concernunt religiōnem potissimum Euangelicam, eiusque liberum exercitium, cuius habendæ facultatem Austriae in omnibus prouinciis suis hæreditariis, edictis sustulerant,

medio bello, inanibus posthac precibus & minis inter Tractatus Pacis adhibitis, vt restitutio religionis suæ aut saltem conscientiarum libertatem pro illis impetrarent: quanguam vulgo creditur, nec dissimulatum ab ipsis Cæsareanis fuit, Ferdinandum Cæsare a Sueciis ingenti pecunie summa redemisse, ne suis officiis huic postulato penitus insisterent. Ac proinde notari hic omnino meretur, cum pacerenti paragraphe mentio inter alia facta fusset libertatis conscientie, hic eam omissem esse, quod non fortuito vel indiligentia, sed studio & ex animi destinatione factum esse nihil dubito. Adeoque accommodare se legibus Patriis regnorum & prouinciarum est renuntiare publico religionis suæ exercitiis, quod ibi ante bellum viguit, Exemplum eiusmodi Patriæ legis, in Bohemia a Ferdinando II. Anno 1627. latæ, exhibet Buckisch ad hunc locum, vbi sacra Romana stabilitur, abolitis & rescissis omnibus indultis & priuilegiis, que pro libertate Euangelicæ religionis olim ibi vignece: daß alles/ was der Katholischen Religion zu Abtrag/ Nachtheil und Präjuditz bey vorigen Zeiten durch Majestät/ Brief/ Lands- Tag/ Schlüß/ Reuersalien/ Resolutionen/ Priuilegien/ oder andere Sa- chungen und Ordnungen/ wie die Nah-

§. 53. Quantum autem eorundem bona i) concernit, si ea, antequam in Coronæ Sueciæ Galliæve partes transierunt l), con-

Mahmen haben mōgen / statuirt / erhalten oder geschlossen/ießund zu ewigen Zeiten cassiret seyn und bleiben solle. Seguentia autem huius edicti: Wie dann auch hinsyho keiner ins Land oder in Städten / er sey dann unserer Catholischen Religion zuges than / solle angenommen werden/ hoc paragrapho abrogata iterum sunt.

h) Auffriaci quinque regnum se Reges scribunt, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae & Selavoniae. Prouinciarum autem ingens numerus, Pleraque in titulis eorum descriptæ sunt.

§. 53.

i) Ratione bonorum, ad Subditos & Vasallos Domus Auffriaca pertinentium, expediunda difficultatis causa, media quedam via placuit, specie æquitatis vtrique parti honesta: Reuera autem ad vota Austriacorum comparata. Placuit nimirum, vt ea bona, qua confiscatione aut alio modo amissa fuerer, antequam Subditi & Vasalli Auffriaci in partes Suecia Galliæve transierunt, potro sint amissa, & modernos apud possessores maneant: quæ vero ipsis eam ob causam, quod pro Gallis aut Suecis contra Domum Austriacam armata sumpsissent, erepta sunt, iisdem, qualia nunc sunt, restituuntur. De illo bonorum genere agitur hoc spacio, de posteriore, sequenti. Qui acta legit

Tractatum pacis, ei ignotum esse non potest, quantis motibus haec sola res hinc inde tractata sit, & quam prope saepe partes pacientes propterea a rumpenda omni negotiatione abfuerint. Suecis amicitiam vniuersalem & illimitatam vrgentibus; Austriacis e contrario & honorem dignitatemque Principis sui, & quod res ipsa, ob exulum multitudinem, factu plane non amplius sit possibilis, allegantibus, ea obfirmatione animi, vt viderentur maluisse omnia infecta relinquiri, & ex integrō renouare bellum, quam permitti, vt fidelibus Cæsaris, optimè de ipso sago togaque meritis Ministris donata semel proscriptorum bona rursus eripi, & restitui per duellibus poscent. Creditum nihilominus vulgo est, aduersæ parti non fuisse durataram constantiam, qui quacunque ratione bellum pernicioſo defungi malebant, si modo alteri paulo obnoxius instituerint Atque reputatum est, exilibus non magnopere fama, vitæ honorumque restitutione consuli, quando ademptis bonis egentes errantesque nihil habebant, ex prislina dignitate, quam vt splendide elurire cogantur.

l) Color ex eo quæsitus, quod Sueci Galliue non habeant, de quo iuste querantur, si quid interea, antequam bellum cum ipsis coepit, Auffriaci suis qui-

confiscatione aut alio modo amissa fuere m), et si plenipotentiarii Suedici n) diu multumque institerant, ut iis etiam illarestituerentur; tamen, cum Sacræ Cæsareæ Majestatis hac in re ab aliis nihil præscribi o), nec ob Cælareanorum constantem contradictionem p) aliter transfigi potuerit, Ordinibusque Imperii ea propter q) bellum continuari re Imperii non fuerit visum, porrò quoque amissa funto r); ac modernis postessoribus permanento.

## S 2

## §. 54.

in regnis atque prouinciis mutauerint, quibus summo cum imperio præsint, & quorum rationem nemini reddere teneantur. Atque Cæsareani huic rationi initio Tractatum tantopere in stiter, vt negarint, amnestiam ex natura belli incipere prius posse, antequam exortum illud fuerit: quam ob rem diu etiam contendere, non posse initium eius in aliud tempus collocari, quam annum 1630, quo primum inter Domum Austriacam & Suecos erupit bellum. Enimvero quia hoc modo multi principes & Status Imperii, occasione motuum Bohemicorum proscripti, beneficio amnestia excludendi fuissent, res quidem, quod ad Imperium eiusque Status attinet, ad initium motuum Bohemia Germaniae redacta tandem fuit: Sed pro Subditis & Vallis Austriacis tenuit nihilominus Cæsar, vt saltem quoad bona illorum, promulgata illa vniuersalis & illimitata amnestia eos non iuuaret, si ante bellum, cum Suecis coeptum, amissa iam fuerint.

m) Forte iudiciali sententia, si lis super iis fuisset, aut cessione non omnino voluntaria.

n) Hoc pro honore Suecorum vt adiceretur, Austriaci, postquam cupitis potiti sunt, facile potuerunt concedere.

o) Id est, cum Austriaci in hac causa, suas prouincias hæreditarias concerente, nihil sibi ab aliis præscribi voluerint.

p) Quodsi Sueci eandem seruassent constantiam, forsan aliter cecidisset, alea, in primis post captam partem urbis Pragæ, quo casu inopinato omnia apud Austriacos terrore erant completa, vt quibusvis conditionibus festinaretur ad Pacem. Sed hac de re agi ex integro non poterat, cum super ea transactum iam plene fuisset.

q) Ordines Imperii tamdiu fortiter resistiterant, donec animaduertere, Suecos labasci, Volmario Austriaco illis insuper ad aurem secretum illud insuffurrante, ex quo facile intellexere, fidem Suecis non duraturam, negue  
sc

Bona  
amissa.

§. 54. Illa verò bona s), quæ ipsis post ob eam causam t), quod pro Suecis aut Gallis contra Cæsarem, Domumque Austriae arma sumpsissent, erepta sunt iisdem qualia nunc sunt u), absque refusione tamen sumptuum & fructuum per ceptorum, aut damni dati restituantur.

Lutheranæ  
Præ-  
sen-  
tiones  
in Boh-  
emia, &c.

§. 55. De cætero in Bohemia x), aliisque quibuscunque provinciis hæreditariis Imperatoris, Augustanæ Confessioni addictis subditis vel creditoribus y) eorumve hæredibus, pro pri-

se alio fini, nisi intuidæ excipiendæ causa, Austriae obiici.

r) Atque hoc Exules illi pro solatio reportarunt.

§. 54.

s) Quanquam non multum valde fuerat, quod sic est restitutum, conqueritur tamen Obrechtus ad hunc locum hoc etiam promissum arte & malitia Jesuitarum multis modis eneratum esse quibus alias opima portio ex omni illa præda obuenerat.

t) Ergo si aliam ob causam bono illa amiserint, cessare restituunt videtur, erepta sunt) Hoc verbum violentiam continet, quo iterum restringitur beneficium promissæ restitutionis, quia multa bona possunt amissa esse, quæ fortasse non dici poterunt esse erepta.

u) Vti exiles a possessoribus modernis neque fructus, ex re restituenda perceptos repeteret, nec agere de domino, interea dato possunt; Scilicet si res deterior facta fuerit: Ita posses- sores refusione sumptuum petere ne-

queunt, si res interea melior sit facta. Vnde sequitur, multo minus retentio locum esse ob sumptus, in rem factos.

§. 55.

x) Buckisch his verbis probare conatur, Bohemiam in ipso Instrumento Pacis hoc loco pro hæreditaria provincia Domus Austriae agnitam esse. Rem ipsam ego in dubium non voco. Sed de argumento, quo vtitur, mihi longe alter videtur, quia non sequitur, post regnum Bohemia fit mentio aliarum provinciarum, quæ Domus Austriae sunt hæreditarie, ergo etiam regnum Bohemiae est hæreditarium: nam aliud est regnum, & aliud Provincia.

y) Hos puto alios esse a Subditis & Vasallis Domus Austriae. Nam his supra §. 52. liber redditus in pristinam patriam concessus fuit cum ad eftatum ut ibi etiam mansionem atque domicilium habere possint, si legibus patriis se accommodant.

z) Cum

privatis suis prætensionibus<sup>z</sup>), si quas habent, & earum nomine actiones intenderint, aut prosecuti fuerint, Jus & Justitia æque ac Catholicis circa respectum, administretur a).

§. 56. A dicta tamen vniuersali restitutione excepta sunt Exceperat  
to b), restituvi vel redhiberi nequeunt c), mobilia & se mo- restituvi.  
ventia d), fructus percepti e), authoritate belligerantium

S 3 par-

z) Cum priuati non possint habere nisi priuatas prætensiones, verbum *priuatis*, superfluum hic esse videtur.

a) Citra respectum intellige de religione.

§. 56.

b) Enumerantur hic, quæ placuit a restitutione ex capite amnestia excipi ex rationibus singularibus, quæ defumunt vel ex natura & conditione rei, vel circumstantiis aliis,

c) Est enim de bello, vt de quauis calamitate publica: percunt Domino, quæ sic percunt: vt incensæ domus, villa, fruges sylue. Vno verbo, omnia, quæ bellum absumpsi, vt non amplius extent: quorum precium lefis non magis debetur, quam de damnis bello datis, sanctitatem semel amnestiam, superest actio.

d) Differunt mobilia & se mouentia vt genus & species. Hæc enim sub illis etiam comprehenduntur quidem, sed dicuntur se mouentia ex ea ratione, quod vi locomotiva gaudeant, & principium motus in se habeant, cum reliquo mobiliū motio ab agente exteriori dependeat: quod horum non debet restitutio, ratio est, quia aut ynu con-

fumuntur, aut occultari facile possunt. Atque hinc multæ & difficiles lites forent oriundæ, quas reducta pace, minuū oportet. Sed & mobilia, ab hostibus capta facilius sunt capientium, quam immobilia, seures soli, quorum Domini in bello non videmur ultra esse, quam illis insistimus, armisque tenemus. Vnde mobilia prædæ & manubis adnumerantur, in quæ singulorunt etiam militum sepe ius est, & manus inieccio. Immobilia rediguntur in aerarium, & sunt reipublicæ. De actionibus, nominibus & creditis frustra hic querit Buckisch: illa enim supra art. 46. restitutioni obnoxia sunt facta; nisi forte distinctionem facere volueris inter nomina & credita vi metuque extorta, vel bello capta. Qua recognitandum denuō erit. Dubito sane, num qui instrumenta debiti ita cepit, nomina exigere etiam possit, iniuncto debitor, qui hosti non est obnoxius.

e) Adeoque multo magis percipiendi. Sunt autem fructus percepti non illi modo, qui consumpti sunt: sed & qui ex agro & arboribus sunt collecti, etiamq; adhuc extent, & restitui possint.

f) In-

partium interversa f) itemque tam destructa g), quam publicæ securitatis causâ in alios usus conversa ædificia, publica & priuata, sacra & profana h), nec non deposita publica vel privata hostilitatis intuitu confiscata i), legitime vendita l), sponte donata m).

## §. 57.

f) Interuertere est callide surripere quid vel intercipere, quod plerumque fit, cum rem commodatam aut creditam nobis vindicamus doloque, ne Dominu[m] restituatur, efficiimus. Sed hic vbi autoritas belligerantium interuenit, consideratio dolii cessat. Interuersa autem maxime autoritate belligerantium illa intelliguntur, in qua statim indicto bello manus iniicimus; vel quæ cum vrbs diripienda datur, milites capiunt ex præda, publice concessa. De populatione & vastatione agrorum idem iudicium esto. Eiusmodi enim expeditiones semper autoritatem belligerantium suscipiuntur.

g) Hæc a restitutione in tantum excepta sunt, ut reparari sumptibus eorum non debeant, qui destruxerent. Quin vero sic destructa post restitutio[n]em reparari non possint, nisi alia lex dicta fuerit, huius loci sensus omnino non est.

h) Verbi gratia in quadam Ciuitate, Augustana Confessioni addicta habuere Pontifici templum extra moenia, vrbi propinquum, quo ante motus Bohemicos vsi sunt ad suorum sacrorum cultum. Hoc belli tempore ea ratione dirutum fuit, quod incommodare

vrbi propinquitate sua videretur, obsidionis casu. Eiusmodi enim ædificiis hostis multis modis vti potest in damnum obsecorum. Huius templi restitutionem si facta pace, Catholici pertinent, eos ex hoc spho repulsa pati necesse est: æquitati tamen conueniet, vt finantur ædificare aliud ligneum, quod incendi subito possit quovis hostili periculo. Idem ius dicimus, si templum intra vrbum, proximum moenibus, muniendi loci causa vallo comprehensum, aptatumque munimenti est.

i) Significanter additur hostilitatis intuitu. Quæ res enim non sunt hostium, etiam si apud hostes inueniantur, capientur non sunt. Add. Grotius lib. 3. de J. B. & P. c. 6. §. 5. & 26.

j) Neque enim omnes contractus belli tempore celebrati, rescinduntur, sed illi tantum, ad quos vi metuque altera contrahentium pars adacta fuit. Vide supra §. 46.

m) Ergo cum vis aut metus adhibetur, donatio rescinditur, & restitutio Instrumenti donationis decernitur, si quod factum. d. §. 46. quodsi vero debitores &c.

n) De

§. 57. Quia verò etiam causa Juliacensis n) successionis inter interessatos , nisi præveniatur , magnas aliquando turbas in Imperio excitare pesset , ideo conventum est , ut ea quoque Pace confecta ordinario processu , coram Cæsarea Majestate o) vel amicabili compositione p) , vel alio legitimo modo q) sine mora r) dirimatur.

Juliacensis successionis causationis causa.

## §. 57.

n) De hac causa integra volumina typis publice edita prostant , quæ hic in compendium redigi non possunt . Est autem causa successionis *inter Interessatos* , in qua Possessores sunt Marchio Brandenburgicus & Dux Neoburgieus . Actores vero Domus præcipue Saxonica , & suo etiam modo Duces Bipontini . De qua quomodo hic sit conuentum , ne propterea noui motus excitentur , sequentia docent .

o) Hac lis buc usque nondum instruēta est . Coeterum hac in causa actores sibi longe melius consulere ordinario Processu , cui finiendo nul-

lum tempus præscriptum , quam Marchiones Onoldini , qui biennio suo causam Kitzingensem perdidere .


p) De qua tamen spes etiam de- collat .

q) Forte arbitris aut mediatoribus .

r) Diutissima hac usque mora , fuit . Cui imputanda illa sit , non est meum decernere . Quia tamen nulla poena in moram constituta , vnicuique parti ex hac pace ius integrum & saluum manet , quod quavis occasione contradictionibus & reservationibus mutuis

sibi quisque conseruare maxi- mopere studet .





734798

X2432562

2



8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

### Farbkarte #13

B / G.	Black	White	3/Color	Black
Blue				
Cyan				
Green				
Yellow				
Red				
Magenta				
White				
Black				

DITATIONVM  
AD  
AVMENTVM  
ACIS  
REO-SVECICVM  
CIMEN PRIMVM.  
ANNO M DCC VI.